

Q. D. B. V.

BEATI POSSIDENTES,

GERMANICE:

Von den rechtlichen Vortheilen, so
denenjenigen, welche eine Sache in Besitz
haben, zu statten kommen.

PRAESIDE

PETRO MÜLLERO, Icto,

CONSIL. SAXON. ET PANDECT. PROF. PVBL.

AD. D. FEBR. M DC LXXXVII.

PUBLICAE VENTILATIONI EXPONVNTVR

^

RESPONDENTE

FRIDER. SAM. Landgraffen,

ILMANO - SCHWARZBURG.



EDITIO III.

IENAE,

SVMTV IO. BERNARDI HELLERI, 1736.

Diss. jur. civ.

413,20



I. N. D. N. J. C.

PRÆFAMEN!



Ad extollendum illud, quod sua luce conspicuum est atque clarum, neque verborum lumine, neque flumine orationis opus est, proinde in cassum laborarem & soli fa-

cem præferre viderer, juxta *can. si. quest. i. caus. 6.* si in præsentibus non minus utilem quam usitatam POSSESSIONIS materiam operose commendarer, aut ejus difficultatem pluribus ostenderem; cum illius præstantia abs se incurrat oculos, ac ipsa pro rostris sese ostendat. Prout itaque utilissima hæc est materia ac in foro frequentissima, nec tamen gravioribus ac nodo Gordiano intricatioribus difficultatibus prorsus involuta, non inutile fore duxi, materiam hanc exiguas ingenii mei vires exercendi gratia si susciperem. Illi enim, quibus animus aliquod studiorum suorum spe-

cimen elaborare, talem seligere debent materi-
 am, quæ in cominuni hominum vita frequentem
 ac quotidianam affert utilitatem, quippe quæ se-
 cundum Paul. in l. 15. ff. de liber. legat. & Ulpian.
 in l. 1. ff. de susp. tut. præ aliis plenius est tractan-
 da. Malui igitur in materia hac perutili & scitu
 necessaria operam quandam consumere, quam
 in alia quadam, quæ exigua, imo ferme nulla se-
 tueri valet utilitate, & tempus & opem perdere.
 Ea enim, quæ nihil conducunt, omnino contem-
 nenda, neque eorum ulla ratio habenda, Nov.
 Leon. 46. neque nobis tantum, sed & Reipublicæ
 natos esse, nosmet sciamus l. 1. §. 15. ff. d. ventr. in
 possess. mitt. Nec minima est dementia, ut inquit
 Seneca, in hac temporum egestate superfacua, quæ
 neque scire compendium, neque ignorare de-
 trimentum est ullum, addiscere velle. Stultus la-
 bor est ineptiarum, imo turpe, ut Catullus ait,
 difficiles habere nugas. Sunt enim hæc talia,
 referente Aristone Chio, non dissimilia aranea-
 rum telis, plurimum quidem artificii, sed utilita-
 tis minimum habentibus. Cum autem hæc pos-
 sessionis materia tam ampla sit atque ponderosa,
 ut etiam illi, qui accuratioris sunt ingenii iudicii-
 que maximi, eam accuratius pertractaturi erro-
 rem

rem in uberrimo, attamen fertili, ejus campo facile committendum maximopere metuant; idcirco neminem id vitio mihi interpretaturum confido, in præfenti si POSSESSOREM, quatenus præ aliis respectu suæ possessionis dicitur beatus, tantummodo pro virili perlustrem, ne quis me circa hanc totam materiam occupatum postea in profundo ejus pelago submersum deprehendat. Cum vero sine DEI Numine nihil sit in homine, & absque DEO, ad quem omne principium, medium ac terminus omnis respicere debet *Nov. 109. in præf. nihil unquam commode geri possit Nov. 164.* idcirco ad thema nostrum propositum in nomine Domini nostri Jesu Christi progredior *l. 2. C. de offic. præf. præf. Afric. supplex ipsum precando:*

*Exere Jova tuas præfenti Numine
vires,*

*Conatusque meos dirige, meque
juva!*

Tu vero B. L. ea frontis serenitate theses propositas adspice, qua mentis integritate TIBI me addictissimum polliceor voveoque.



SECTION. I.

MEMBR. I.

DE

ONOMATOLOGIA,

Quae absolvitur

(1) Etymologia, (2) Synonymia, (3) Homonymia.

§. I.

De Vocabulo *Beati* non opus esse reor, ut plurimis sim verbosus, hanc enim à verbo *beare* descendere omnibus inpropatulo erit. *Beare* autem idem est ac commoda afferre.

B

Eatum esse in genere idem est, quod bene habere, felicem esse, bona commodaque frui vita. Istud autem beatum esse non unius est generis. Varias enim & ipsa scriptura sacra facit beatitudines, aliam in communi vita, aliam coram Deo. Sic *Syrac. 25. v. 9. sqq.* decem dicuntur constituere beatitudinem. *Pf. 128.* felicitas hominis describitur, *1. Cor. 7, 38.* Paulus hanc vocem de communis vitæ commodis sumit, cum dicit, beatiorum fore cœlibem. Eodem quoque sumitur modo *Luc. 23, 29. Pf.*

29. Ps. 137, 8. 9. Ast Ps. 32, 12. Rom. 4, 6. beatitudo idem est ac justificatio & reconciliatio cum Deo Mattb. 5. & Luc. 6, 20. Christus illos prædicat beatos, qui variis dolorum, laborum ac crucis generibus sunt subjecti. Et Apocal. 7, 16. & 14, 13. pro æterna illa vereque beata sumitur vita. Verum enim vero sensu hoc theologico possidentem nostrum beatum non consideramus, sed significatione politica ac juridica, qualem exhibet l. 49. ff. de V. S. ubi Ulpian. naturaliter bona ex eo dicta asserit, quod beent, h. e. beatos faciant. Dicti autem sunt *beati*, teste Isidoro, quasi bene aucti, hoc est, divites, felices, juxta illud Horatii:

*Non possidentem multa vocaveris
recte beatum?*

Et rursus: - - *Utrumne
divitiis homines, an sint virtute beati?*

Quærenti autem, quid sit beare? Respondit Ulpian. in d. l. 49. d. V. S. Beare, inquit, est prodesse. Bonorum etenim est ut profint l. 85. de V. S. in bonis autem nostris non solum ea, quæ domini nostri, scil. proprietatis, sunt, computantur, sed & si bona fide à nobis possideantur, h. e. si quæ quasi nostra sunt, jure quasi proprietatis, quorum nomine publiciana actio nobis competere potest. §. namque 7. de act. l. 1. & sqq. l. 11. l. 12. l. 13. l. 15. ff. de publ. in rem. act. Hinc quoniam possessionis objectum res sunt atque bona, eorumque possessio possidentem beet, h. e. haut minime profit, non immerito illum beatum, i. e. divitem, felicem vocamus. Bona enim à beando Jcti, magni sane Aristotelici fortunæ bonum tractantes, dicta arbitrati sunt, attestante Goeddeo ad l. 49. de V. S. Quorum autem respectu dicatur beatus, id ex Sectione subsequente patefcet.

§. II.

Possidens seu Possessor vera etymologia à posse (a) & sedere appellatus est, quasi qui sedendi habet potestatem, scita autem allusione à sedibus, (b) quasi qui sedes posuit vel positas habet.

(a) **A**lii ex antiquo vocabulo *Pos*, quod adhuc in compositis *compos*, *impos*, *possum*, *receptum*, & alias juxta Varron. *de lingv. lat. lib. 4. circa princ.* ac ea, quæ ex Festo Pomp. *in corp. Auctor. lat. lingv. p. 298. n. 60.* referuntur, idem est, quod *potis* seu *potens*, & illo simplici *sedere*, & sic quoque idem est, ac posse seu cum potestate *sedere*. Conf. *l. 203. de V. S. Pichard. comm. ad Instit. d. interdict.* Hinc Etymologia quoque respondet vox vernacula *Besitz* Rennem. *de jur. rer. D. 6. tb. 1.* quam non desint, qui verbum possidere una cum conjugatis etiam ex *porro*, ut notetur perpetuitas, vel est *Post* aut *Pone*, ut sit juxta, prope rem sedere, germanice, *Darbey/ bey* / & ita *besitzen* / compositum voluisse videntur Christ. Becmann. *de orig. lat. lingv. pag. 330.* Hahn. *dissert. de jur. poss. tb. 1.*

(b) Auctore Paulo & Labeone *in l. 1. ff. de acqu. vel am. poss.* eam quippe rem quis tenet, in qua sedere vel cui insistere potest. Et quidem primo non vera etymologia, sed scita tantum allusione vocis explicationis causa adjecta cum Alciat. *1. dispunct. 1. in fin.* Wesenb. *ad lib. 3. C. ubi de possess. n. 2.* Treutl & ad eum Bacchov. *vol. 2. Disp. 21. tb. 1. lit. A.* Deinde vero à *sedibus* potius juxta Florentinam, cui summam circa diversas lectiones tribuunt auctoritatem,

tem, quam à pedibus juxta vulgatam, cui assensum præbere videtur Eckolt. ad ff. d. acqu. vel amitt. poss. n. 1. Vid. Schneidw. ad §. possidere J. de Interd. Hinc dicunt, acquirendæ possessionis notam ac sýmbolum quondam fuisse sedis alicujus, dicis causa, positionem, uti ex Hottomanno refert Gothofr. ad d. l. 1. Ac licet quidem negari vix possit, quod inde pedem ponere, pro incipere possidere apud probatos scriptores occurrat, tanto tamen minus allusioni ad sedes respicienti, hanc, quæ ad pedes fit, aut anteponendam, aut æquiparandam puto, quanto scil. magis illa ad sedes & sono congruit Hillig. l. 5. c. 6. l. A. & simul rei quodammodo originem indicat, atque adeo quam proxime ad veram etymologiam accedit. An autem utraque subsistere possit. Vid. Hahn. ad Wesenb. de acqu. vel amitt. poss. n. 2.

§. III.

Possidentis Synonyma sunt, quod dicatur *Possessor* (a) *Detinens* seu *detentor* (b) *Detentator* (c) *Insidens* (d).

(a) **H** Aut opus, pluribus ex jure adductis legibus synonymi hujus veritatem ejusque in jure frequentiam, ut demonstrem, cum ipse vocis sonus usitatissimaque ejus in jure significatio explicationis vicem sustineat.

(b) l. 44. §. fin. ff. de usurp. & usuc. l. 8. §. 1. C. de prescript. 30. 40. ann. l. 21. C. de furt.

(c) l. 29. C. de jure dotis. d. l. 21. C. de furt. l. 8. §. 1. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann.

(d) l. 8. C. de omni agro deserto.

B

Quemad-

Quemadmodum enim pro possidere, pro suo sc., in jure nostro occurrit, tenere, detinere, insidere, ut videre est in LL. jam jam allegatis; Pro Possessione detentatio *l. 15. §. 3. ff. ex quibus causis major.* ubi Gothofr. in not. detentio *l. un. C. de usucap. transform.* incubatio *l. f. C. ne rei domin. vel templor.* & pro rebus possessis res detentæ *d. l. un. C. de usucap. transform.* Ita eo etiam ipso per regulam conjugatorum Possidens five Possessor exprimitur per vocabula Detentoris atque simil. Tantum enim abest, ut loco à conjugatis in præsentì materia non faciam locum cum aliis, ut potius eundem pedibus quasi existimem in sententiam Bachov. *ad Treutl. disp. 21. tb. 4. lit. H.* Qui sicut in aliis, ita quoque in hoc passu argumentum inde deductum non sine ratione firmum esse putant. Accedit & hoc, quod detentor pro possessore expresse positus reperiatur in *l. 8. §. 2. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* Vid. Bachov. *ad §. 2. f. quib. mod. toll. oblig.* Caterum Germanis, uti notissimum, possessor dicitur ein *Besitzer.* Ita & in eadem significatione quoque non raro loco ejus positum inveniatur vocabulum *Inhaber*, qua de re vid. *Ordin. Cam. p. 2. t. 21. Besold. in Thes. Pract. sub verb. Inhaber des Briefs, & Inhaber des Fürstenthums / der Grafschaft.* Gail. *de Arrest. c. 6. n. 9. §. 2. observ. 12. in fin.* Rudinger. *cent. 4. observ. Cameral. 7.*

§. IV.

Consideratur possidens, *Vel* in sensu strictiori (a), eoque *aut* vero & proprio (b), *aut* analogico & improprio (c); *Vel* in sensu abusivo ac latiori. (d).

Homo-

Homonymia, tanquam certissima dubiorum genitrix neglecta gravissimos, praesertim in jure nostro, peperit errores, contra vero recte observata ad praeternavigandos variorum incommodorum scopulos multum facit. Consistit vero quoad possidentem, in hoc, quod sumatur

(a) Pro eo, qui rem animo sibi habendi detinet *l. 1. §. 3. l. 3. §. 3. ff. de acqu. vel am. poss.*

(b) Quatenus rem corporalem suo nomine possidet, & hoc modo per excellentiam possidere dicitur.

(c) Pro eo, qui eorum aliquid, quæ in jure consistunt, h. e. rem incorporalem, v. g. usumfructum, vel aliam aliquam servitutem habet in usu *l. 9. ff. de hered. petit. l. 3. ff. si ususfr. pet. l. 2. ff. commun. pred. l. 10. de lib. caus. l. 23. §. 2. ff. ex quib. caus. major.* Schneidvv. *ad §. retinende. Inst. n. 92.* Dicitur alias *quasi possessor*, qui secundum nonnullos iterum simpliciter sumitur (1) *proprie*, quo modo in verbis praecedentibus ac LL. citatis sumitur; (2) *improprie*, ac denotat eum, qui vel dolo desit possidere *l. 25 §. 8. ff. de hered. pet. vel se offert petitioni l. 23. §. 13. ff. eod.* Ratio, cur incorporalem rem possidens analogice possidere dicatur, consistit in hoc, quoniam incorporalia uti non tangi, ita etiam nec possideri unquam proprie possunt aut detineri, nisi tantum per quandam analogiam ac Juris interpretationem *l. 4. §. 27. ff. de usurp. & usucap.* Vid. Wesserb. *in parat. Dig. de acqu. vel am. poss. n. 5.* Vultej. *cap. 67. vers. qua vera & seqq.* Schneidvv. *ad §. 5. n. 125. & seqq. Inst. de interdict.*

(d) Qui nimirum ex quacunque facultate ac quali quali titulo rei insistit. Quomodo possident (1) qui ex primo decreto ventris, *damni infecti nomine & legato-*

rum servandorum gratia in possessionem missi sunt, l. 3. §. 8. *uti possid.* l. 10. §. 1. l. 3. §. f. ff. *de acqu. vel amitt. possess.* (2) qui non sibi vel suo, sed alieno nomine rei insistant l. 49. §. 1. l. 18. *pr. de acqu. vel amitt. poss.* ut procuratores, tutores, curatores l. 1. §. 20. l. 18. *cod. tit. servi, depositarii, arg. l. 8. & seqq. commod. Coloni, inquilini, l. 31. §. 3. de usurp. & usucap. §. 6. 7. de interdict.* Qui precario rogaverunt, ut saltem in possessione essent, aut in fundo morarentur l. 10. §. 1. *de acquir. vel am. poss.* Dicuntur autem ejusmodi possessores verbis minus honorificis partim possidere naturaliter l. 12. *pr. ff. d. t. l. 38. §. 10. ff. de usur. & fruct. l. 3. l. 4. ff. ad exhibend. l. 7. §. 11. ff. com. divid. l. 2. §. 1. ff. pro hered.* Vultej. *Jurisprud. c. 67.* partim possidere aliis, l. 11. *C. communia de usucap. l. 2. C. de prescript. 30. ann. l. 37. ff. de acqu. vel amitt. poss. partim in possessione esse l. 10. §. 1. ff. d. t. partim possidere corporaliter l. 1. C. commun. de usucap. l. 15. §. 4. ff. de precar. imo plane non possidere l. 33. §. 1. ff. de usurp. & usucap. l. 17. §. 1. ff. deposit. l. 8. ff. Commod. l. 1. §. 3. ff. uti possid. l. 9. ff. de R. V.* Sed tenere tantum ac detinere dicuntur LL. paulo ante, §. scil. 4. *citatis*, quam possessionem Doctores naturalissimam, asininam ac tadialem nominant. Vid. Vultej. *Jurispr. cap. 67. vers. Questio igitur.* Menoch. *de retin. possess. remed. 3. n. 170.*

MEMBR. II.

complectitur

PRAGMATOLOGIAM,

Que continet

Divisionem & Definitionem.

§. I.

Dividitur possidens sive Possessor noster in eum
 1. qui *naturaliter* & *civiliter* possidet (a) 2. in
bona & *male fidei possessorem* (b) & 3. in *justum*
 & *injustum*. (c)

(a) **I**ta possessor tum rerum corporalium tum incorpo-
 raliū arg. l. 3. si usufr. per. add. Schneidev. §. possi-
 dere n. 92. J. de Interd. communiter dividitur ex l. 1. §. 9. ff.
 de vi & vi armat. Vid. Bachov. D. 25. tb. 1. lit. F. Quæ di-
 visio vel intelligitur de modo possidendi seu detinendi, & Ci-
 vilis dicitur, qui animo possidet seu retinet possessionem;
 Naturalis vero, qui corpore & facto aliquo rei insistit. l. 3.
 §. 13. l. 1. §. 1. de acqu. vel amitt. possess. Vel de ipsa possessi-
 onis forma, ut scil. civilis possessor sit, qui rem detinet a-
 nimo & opinione domini l. 13. §. 1. de publ. in rem act. ut (1)
 Dominus l. 2. ff. pro suo. (2) bon. fidei possessor §. 15. J.
 de rer. divis. Naturalis vero Possessor sit, qui rem tenet ani-
 mo quidem sibi habendi, sed absque opinione domini l.
 13. §. 1. de publ. in rem action. Hic autem animus abest vel
 propter malam fidem, quando nimirum quis sciens rem
 alienam apprehendit, & licet sciat se non esse dominum,
 tamen pro suo quid habere destinavit, id quod accidit in
 malæ fidei possessore l. 1. §. ult. uti possidet. l. 6. ff. de acqu. vel
 amitt. possess. l. 67. pr. de furt. Vel propter voluntatem tra-
 dentis vel accipientis non tendentem ad id, ut quis rem
 ipsam traditam, in qua jus aliquod rei omnino inhærens
 transfertur, jure & animo domini haberet d. l. 13. §. 1. de
 publ. in rem act. Et ex hac posteriori ratione rem natura-
 liter possidet (1) Creditor l. 2. §. 10. com. divid. l. 35. §. f. l.
 40. pr. §. f. de pign. act. l. 31. de acqu. rer. dom. l. 36. de acqu. vel

amitt. possess. l. 26. de usucap. (2) Emphytevta l. 15. §. 1. quō
 satisd. cog. (3) Superficiarius l. 1. §. 1. 2. l. 2. de Superfic.
 (4) Sequester apud quem omittendæ possessionis causa
 res deposita est l. 17. §. 1. deposit. Hahn. dissert. de Jure pos-
 sess. §. 4. (5) Is, qui precario rogavit, ut sibi possidere
 liceat. l. 12. §. 1. l. 15. §. 4. de precar. l. 22. §. 1. de noxal. act. l.
 13. §. 1. de publ. in rem act. Conf. Magnif. Struv. in Syntag.
 Jur. Civ. exercit. 42. thes. 6. Sed movetur hic quæstio:
 Quid sentiendum de usufructuario, an & hic rem usufru-
 ctui subjectam possideat? Respond. eum possidere na-
 turaliter, ratione formæ, cum habeat tantummodo jus
 percipiendi fructus, sive jus utendi fruendi l. 10. §. f. de ac-
 quir. rer. dom. l. 6. §. 2. de precar. §. 4. J. per quas pers. nob. ac-
 quir. l. 23. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 5. §. 1. ad exhibend. l. 52. pr.
 l. 49. pr. ff. de acqu. vel amitt. poss. l. 1. §. 7. quod legatorum. l.
 12. ff. de acqu. vel am. poss. junct. l. 1. §. 8. eod. l. 6. §. 1. de pre-
 car. l. 5. §. 1. ad exhibend. non enim rem seu corpus detinet
 animo sibi habendi, sed rei usum *ad. text.* neque etiam ipsi
 res datur, sed usufructus l. 3. pr. de usufruct. add. l. 28. C. de
 donat. Ideo ei competit remedium possessionis retinen-
 dæ l. fin. uti possid. Brunnem. ad l. 12. ff. de acqu. vel amitt.
 poss. Ceterum hæc pro suo possidentis divisio in natura-
 lem & civilem, non solum convenit possessori vero re-
 rum corporalium, sed etiam quasi, per ea, quæ habet
 Schneidevv. ad §. possidere. J. de Interd. n. 92. sequ.

(b) *Bona fidei possessor est*, qui rem bona fide & ti-
 tulo justo ab eo accepit, quem dominum fuisse aut alie-
 nandi potestatem habuisse atque inde rem suam esse cre-
 dit, & alienam esse ignorat. *princ. Inst. de usucap.* Contra
Mala fidei possessor est, qui scit se rem alienam possidere,
 & licet

& licet habilem ab initio habeat titulum, scit tamen tradentem esse non dominum & non habere alienandi facultatem; Vel: etiam si titulum justum bona comitetur fides, scientia attamen superveniens rem esse alienam, bona fidei possessorem transmutat in mala fidei possessorem. Mala enim fides consistit in scientia rem esse alienam *l. 2. §. 1. l. 7. §. 4. pro emt.* ideoque quocumque tempore de mala fide constat, possessor mala fide possidere dicitur. Jure quidem civili sufficit bonam fidem adesse initio acquisita possessionis *l. 2. pr. pro emt. l. un. C. d. usucap. transform.* Ast jure canonico tempore quoque intermedio semper bona fides exigitur *c. 5. c. fin. de praescript.* quod usu in terris imperii & Provinciis Saxoniae observari tradit cum allegatis Gebhard. *tract. de usucap. cap. 1. n. 29.* In dubio vero bona fides & ab initio & in progressu praesumitur, adeoque mala fides ab actore probanda Gebhard. *d. l. n. 30.* Vid. Dn. Struv. *in Jurispr. lib. 2. Tit. 9. de usuc. & praescrip. §. 9.*

(c) *arg. l. 12. l. 16. l. 24. ff. de acqu. vel am. poss. l. 26. §. 2. l. 3. ff. de Interdict.* Justum autem hic voco possessorem, qui justa ex causa sive titulo possidet; Injustum contra, qui rei alienae mala fide & injusto possidendi titulo, adeoque cum laesa conscientia, infistit. Accidit autem hoc tribus potissimum modis (1) *Vi* (2) *clam* (3) *precario. l. 1. §. fin. uti possidet. §. 4. 7. de Interdict.* *Vi possidet*, qui expulso vetere possessore acquisitam per vim possessionem obtinet *l. 1. §. 28. de vi & vi armat.* *Clam possidere* is dicitur, qui furtive ingressus est possessionem ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur & ne faceret timebat *l. 6. in pr. ff. de acqu. vel amitt. poss.* Vel qui rem apud se depositam furti faciendi gratia detrahetat *l. 3. §. 18.*

cod.

eod. Precario injuste possidet, qui rogavit ut precario in fundo moretur, & tamen possidendi affectum habet *l. 6. §. 2. de precar.* secus autem qui precario rogavit, ut sibi possidere liceat *l. 22. §. 1. de noxal. act.* Alias *injustus possessor* perhibetur *vel secundum quid talis*, ut (1) ratione personæ sui ipsius, (2) ratione personæ à qua, (3) ratione rei cujus, (4) ratione tituli ex quo, uti jam dictum, (5) ratione modi, per quem possessor est constitutus, ita ut si ei quoddam ex his deficiat, dicatur injustus secundum quid. *Vel simpliciter*, ita scilicet, ut si deficiant hæc omnino, dicatur injustus in totum. Vid. D. Hahn. *de jure poss. lb. 15.* Donell. 5. *Comment. 7.* Ceterum qualiscunque tandem sit possessor sive justus sive injustus, sive bonæ sive malæ fidei possessor, vere tamen possidet quoad naturam & essentiam possessionis, cum qualitas injustitiæ à titulo & scientia proficiscatur, quæ ipsi possessioni extrinsecus accedunt & essentiam ejus non ingrediuntur Hahn. ad Wesenb. *de acqu. vel amitt. possess. n. 3.* Unde quilibet possessor, hoc ipso quod possessor est, plus juris habet, quam ille qui non possidet *l. 2. uti possid. §. 4. Inst. de interdict. l. fin. ff. d. acqu. vel amitt. possess.* & quolibet possessore; prout ex sectione sequenti patebit, contra petitem, cum ejus jura obscura sunt, judicatur, *d. §. 4. J. uti possidet.* Unde nemo absque cognitione causæ possessione sua, etiam si injusta sit, privari debet *l. 6. C. Unde vi. l. 3. §. f. ad L. Jul. de vi publ. Wes. p. 1. cons. 2. num. 89.*

§. II.

Est autem Possidens noster nihil aliud quam detinens rem (a) cum affectione domini & animo

mo

* (17) *

mo sibi habendi, vel jus, quod habet in re, defendendi. (b)

ATque hunc in modum possidentem nostrum aut definiendum, aut, quibus non ad palatum, descriptionis saltem peniculo ruditer depingendum duxi. Et quidem

(a) Generis loco ponendum non immerito iudicavi vocabulo *detinens*, ea potissimum motu ratione, quoniam in qualibet definitione ita debet istud esse comparatum, ut non de definito tantum, sed & aliis prædicetur in quid proxime. Ideoque cum possessor simpliciter atque in genere consideratus ex toto suo esse nihil aliud consequatur, quam facultatem rem atque jus quod in ista re habet cum affectione & animo tenendi, habendi ac defendendi, iste vero animus ita sese habere necessario & simpliciter debeat, ut rem aliquam afficiat aut tanquam suam, aut tanquam non suam; Consequens omnino erit, ut diversitas affectionis illius seu animi ad rem, diversas quoque pariat possessoris, in genere considerati, è diametro sibi oppositas species, ita, ut iste ipse & de aliis insuper possessoribus in specie sumtis ceu genus legitimum possit prædicari. Sumitur enim *detinens* vel pro eo, qui rem simpliciter & nude detinet, sive actualiter sive potestative; vel pro eo, qui cum affectu possidendi rem detinet. Quomodo autem & qua significatione *detinens* hoc vel illo casu accipiatur, id ex circumstantiis, ut persona cui, vel titulo & causa est æstimandum. Potest enim idem vocabulum & de possessione vera & de nuda intelligi detentione, prout persona, de qua enunciatur, est hujus vel illius capax. Luculentum habemus exemplum in stipulatione,

C

tionem, ut possidere sibi liceat, l. 38. §. 7. ff. de V. O. Sunt autem tales personæ, (1) quas possidere jus civile peculiariter prohibet, ut servus, filiusfam. (2) quæ præcipue hoc agunt, ut alienæ possessioni ministerium præbeant, operam duntaxat suam accommodent, veluti procurator, tutor, curator, depositarius, l. 1. §. 20. l. 18. pr. ff. de acqu. vel amitt. poss. Causæ: 1. quibus jus possessionem non tribuit, ut sunt commodatum, conductio, precarium ut in possessione esse aut in fundo morari liceat. 2. quibus jus in specie rerum saltem observationem & custodiam concedit, ut sunt missiones in possessionem ex primo decreto l. 3. §. 23. d. t. Ex qua enim causa vere possideatur vel non, multum pendet ex sola juris civilis determinatione Molin. de Just. & Jur. Disp. XII. n. 2.

(b) Quæ verba formam possessionis specificam dicunt, & conceptum, hæcenus aliis communem, possessioni reddunt proprium. Ad definitionem enim non solum requiritur genus aliquod legitimum, quod de definito prædicatur proxime in quid, & commune sit aliis, sed requiritur insuper, ut constet quoque de differentia, per quam ab aliis rursus discernatur. Altera igitur hac definitionis parte tanquam forma specifica, possessor noster ab aliis pro alieno possidentibus perspicue potest discerni arg. l. 13. l. 32. in pr. de usurp. & usucap. l. 67. ff. de furt. l. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann. Affectio autem seu animus dupliciter spectari potest: (1) ut notat modum possidendi, oppositum possessioni corporali: estque possessioni in se considerata accidentalis, de quo Dd. ubi de possessionis conservatione agitur. (2) Ut est essentialis, & ita in definitione. Qui ut sit actualis, necesse non est, sufficit, si sit habitualis, qualis est in possessore dormiente. Vid.

Hahn,

Hahn. *Dissert. de Jure possess. tb. 7.* Ceterum subjeci in definitione rem seu objectum quod debet habile esse ad recipiendum modum possidendi vel civilem vel naturalem, juste vel injuste; Quoniam autem res vel corporalis est, vel incorporalis, hinc utramque cum Molina *de Jus. & Jur. Tr. II. Disp. 27. n. 3. add. D. 12. n. 4. in fin.* & Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 21. tb. 1. lit. E. circa fin.* definitione hac complector, & pro possessionis objecto habeo, quoniam & rei incorporali tam saepe in jure tribuitur possessio *l. 9 ff. de hered. petit. l. 3. si ususfr. pet. l. 2. comm. prad. l. 10. ff. de liber. caus. l. 4. uti possid. l. 7. de itin. auctuque priv. l. 2. §. 3. ff. de precar. & statutum de possessione loquens, etiam de rei incorporalis possessione intelligendum regulariter est Duaren. *ad l. 3. de acqu. vel amitt. poss.* cujus tamen possessio analogica saltem est, quale quid definitione una comprehendere, nec ipsis Philosophis inusitatum est: unde & cum apposito quasi possessio dicitur *l. 23. §. 2. ex quib. caus. maj. l. 3. §. 17. de vi & vi armat.* Quod appositum non notat omnimodam improprietatem, sicut alieno nomine possidere, sed aliquam inæqualitatem. Vid. *Sect. I. membr. 1. in exegef. §. 4.**

SECTIO II

in qua tractantur

Privilegia commodaque varia quæ possidentem reddunt beatum.

C 2

MEMBR.

exhibens

PRIVILEGIA ATQVE COM- MODA POSSIDENTIS GENERALIA.

§. I.

Possessionis causam maximi esse ponderis & momenti, ingentiaque possidenti afferre com-
moda apud Doctores in confesso est, ac quo-
tidiana quoque testatur experientia, verum
esse illud, vulgo quod dici solet: *Beati possi-
dentes.*

Ratio hujus asserti est favor possessionis, propter quam
possessores beati nuncupantur à Glossa ad §. *commo-
datam* J. *de interd. c. 1. §. si tertio. de pac. tenend.* Jason. in
l. 15. de usurp. & usucap. Nam qualescunque sint posses-
sores, eo ipso, quod possident, plus juris habent *l. 9. §. 4.
de public. in rem act. §. 3. J. de action. l. 1. §. fin. uti possidet. l. 6.
C. de hered. vend. §. 4. J. de interd. quod autem tam in cau-
sa lucrativa veluti emtione, donatione &c. *d. l. 9. §. 4. l. 15.
C. de rei vind.* quam in causa onerosa procedat, velut in pi-
gnore *l. 10. de pignor. l. 1. §. 1. de salv. interd.* imo etiam in cri-
minalibus, ut data delictorum paritate melior sit causa ip-
sius possessoris *l. 154. ff. de R. J.* id ipsum multi magno cum
malo suo ac damno, multi contra, non minori cum suo
sunt expersi emolumento ac commodo haud spernendo.
Hinc notanter Menoch. *de retinend. possess. in pralud. num. 2.*
ait:*

ait: Quotiescunque aliquid à pluribus prætenditur s. prætendi dubitatur, ita ut inter eos desuper lis probabiliter futura sit, unusquisque eorum studet & conatur in rei possessione esse, cum optime sciant, beatos fore possidentes, eosque varia interdictorum genera defendere. Nam prator non solum vim fieri vetat possidenti sine vitio §. 1. J. de interdict. Verum etiam non raro tuetur, qui vitiose possidet l. 3. §. cum §. ff. de vi & vi armata. l. 2. ff. uti possidet. §. 6. J. d. t. Separata enim esse debet possessio à proprietate, quia quis potest esse possessor, non vero dominus, & è contra, & quando agitur super proprietate fere semper super possessione contentio est l. 1. §. 2. ff. uti possidet. §. 4. J. de interdict. l. 35. ff. de acqu. vel amitt. poss. Vergin. de Boccac. à Cingulo tr. uti possidetis c. 2. n. 4. Obtinet autem nostrum asseritum non tantum quando quis solus & sine respectu ad conjunctionem aliquam habito possidet, sed etiam quando quis rem possidet, aliis, qui simile in ista re jus habent, non possidentibus; sic si decedat aliquis relictis pluribus filiis seu heredibus uno possidente censentur & alii possidere, & per consequens eandem, qua iste unus possidens gaudet, beatitudinem ex ipso possessionis jure profluentem, consequuntur. Ea autem, quae de possessione dicuntur, tamdiu procedunt, donec de proprietate constat c. 3. §. c. dilectus. de causa possess. Petitorium enim, si est clarum, possessorium absorbet. Tuschius conclus. 427. num. 27. lit. P. §. 43. conclus. 421. lit. C. conclus. 157. lit. O. Interim tamen durante possessione, varia sentit possidens commoda, de quibus in thesibus subsequentibus.

Inter ea, possidentem quæ beare dicuntur, *primum* sibi vendicat locum hoc generale: quod *ipsius partes semper favorabiliores (a) judicentur, quam non possidentis. (b)*

(a) **R**egulariter enim rei partes favorabiliores sunt partibus actoris *l. 125. ff. de R. J. l. 17. C. de probat. etiam in ambiguis d. l. 125. de R. J. c. cum sint partium 11. de R. J. in 610.* Siquidem in jure nostro cum reo benignius, quam cum actore agitur *l. 4. l. ult. C. de edend. l. 38. ff. de re judicata.* At possessor potius rei partibus fungitur quam actoris, cum reus sit, qui possidet rem controversam §. 4. *J. de interdict. add. l. 1. §. 6. ff. ibi: actio nunquam ultro possessori datur: uti possid.* Intelligitur autem hic favor tam personæ, uti ex jam cit. *l. 125. ff. de R. J.* satis apparet, quam defensionis, ob quam multa admittuntur, quæ regulis juris alias contrariari videntur. Dan. Moller. *ad Constit. Elect. 23. num. 13. p. 4.* Hippolyt. à Marsil. *in l. 1. §. si quis ultro num. 98. & seqq. ff. de quest.* Vid. Carpz. *in Prax. Crim. p. 3. qu. 115. num. 74. & 75.* Hæc enim dubio procul in jure naturæ fundata *l. 1. §. 11. ff. si quad. pauper. fec. l. 1. §. vim. vi. in verb. idque jus natura comparatur. ff. de vi & vi armat. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. ideoque nemini nec quaquam in causa est deneganda l. 3. ff. de J. & J. d. l. 1. §. 11. ff. si quadr. paup. fec. dic.* Hippol. de Marsil. *in l. 18. §. 9. num. 47. ff. de question.* Descendit autem hicce favor ex ipsa præsumptionis inductione pro possessore; argumentum vero à possessione non modo forte, sed & proficuum est possessori, pro quo semper præsumitur *l. 77. ff. de R. V. Wesenb. in parat. de acqu. l. amitt. possess. n. 7.*

(b) Quod

(b) Quod hic non eodem aut pari gaudeat favore ex doctrina contrariorum satis liquet. Posito enim uno contrariorum inesse removetur reliquum, nec, quod alicui convenit, id ejus contrario convenire potest. Insuper major quoque requiritur justitia in auctore, quam in reo, nec metitur jus ex persona rei, sed auctoris, atque exinde ipsi auctori majora incommoda oneraque accrescunt. Barz. Dec. 121. f. Monac. Dec. Florent. 6. n. 6.

§. III.

Ex ipsa thesi præcedente fluit : *secundo quod in dubio (a) aut pari causa (b) pro possessore judicandum ejusque conditio longe sit melior (c).*

(a) **A**ctus quoniam dubius in meliorem partem est accipiendus *l. 55. ff. de furt.* in causis enim dubiis benigniora semper sunt præferenda *l. 56. ff. de R. J.* ibique D. Præses *in comment.* quia in re dubia benigniorem sequi interpretationem, non minus justius est quam tutius *l. 192. §. 2. eod.* Benignius autem dicitur, quod debitori patrocina- tur, quod reo est commodius, quod mitius, quod minus *l. 39. ff. de pact. l. 200. ff. l. 192. l. 168. ff. de R. J.* & procedit hoc tum in civilibus causis, tum in pœnalibus *l. 51. ff. de don. inter vir. & uxor. l. 51. ff. pro socio. l. 155. §. 2. ff. de R. J.* Benignius hinc cum possidente, tanquam reo, agitur, quam cum non possidente s. auctore. *l. 4. & l. ult. C. de edend.* ergo si causa dubia ab utraque parte, pro possidente erit dicen- dum, prout satis constat ex §. *retinenda, v. commod. J. de In- terd. c. ex literis X. de probat. c. cum sint partium de R. J. in 6. c. cum. à sede, de prabend. in 6to.* Hinc est, quod si duo re- periantur testamenta eodem tempore condita, nec con-
stat,

stat, quodnam sit primum, istud præcessisse præsumatur & esse posterius, prout magis expedit possessori Jason. l. f. C. de edict. Div. Adr. toll. Tusch. concl. 427. n. 48. lit. P. Sic bona per filiumfam. quæsitæ an ex paternis bonis sint vel non, inspicienda possessio, ut pro ea præsumatur in dubio. It. bona an ecclesiastica sint, an vero laicalia attenditur possessio, quia si ecclesia possidet ecclesiastica præsumuntur, si laicus, laicalia. Alex. Conf. 140. n. 3. Tusch. c. 1. n. 56. 57. Vid. Mascard. de Probat. verb. possessio Conclus. 1195. num. 6. Rol. à Valle Vol. 3. Consil. 56. num. 32.

(b) Quod adeo verum est, ut in pari etiam turpitudine melior censeatur possidentis conditio l. 3. l. 4. ff. de condict. ob turp. caus. l. 1. l. 2. l. 5. C. eod. Peregrin. de J. Fisc. 6. tit. 6. n. 25. Menoch. Conf. 51. n. 41. Franc. Niger. Cyriac. Controv. Forens. 1. Controv. 176. n. 17. Post. de possess. magna. Obs. 1. n. 13. Brunnem. ad l. 4. ff. de cond. ob turp. caus. Nam expediti juris est, id quod ob turpem causam est datum, condici posse, quando non dantis, sed accipientis est turpitudine, si autem v. g. judici quid dem, ut in bona causa pro me pronunciet, conductioni locus non est, quia ex parte etiam mea, & sic utriusque adest turpitudine, facio enim sententiam venalem & iudicem in muneribus accipiendis assuefacio, ut in aliis etiam causis injustis pro dante judicet. l. 2. §. 2. ff. de condict. ob turp. causam. Vid. Donnell. l. 14. c. 25. unde & Antoninus constituit, litem eum perdere l. 1. C. de pæn. jud. qui. mal. jud. Vid. Clud. de condict. ob turp. caus. c. 2. n. 10. & seqq. Joh. Matienz. de referendar. advoc. & jud. off. part. 3. c. 24. & seqq. Jung. Navarr. Opuscul. d. dat. & accept. pro justit. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 82. & 93. Idem obtinet in teste, ut veritatem deponat, quia testis ille falsarius. Bacchov. Disp. 22. th. 3. lit. F. Nec

Nec aliud observatur in eo, qui deprehensus in adulterio se redemit. *l. 4. pr. ff. de condict. ob turp. caus.* turpiter namque & is agit, qui delictum ob pecuniam acceptam celat. Vid. Magnif. Dn. Struvius *S. J. C. Exerc. 18. §. 23.* Idem quoque iudicium locum habere in probationibus, quæ si à parte actoris & rei fuerint pares, reus absolvitur, patet ex prælaudati Dn. Struv. *Exerc. 28. tb. 13.* Vid. Hunn. *Encycl. P. 2. c. 4. n. 12.* Sed quid juris, si vota sint paria, an & tunc pro possidente iudicandum? Resp. tunc primum ea pars vincet, quæ favorabiliorem, puta matrimonii, dotis, testamenti, libertatis & pietatis, causam tuetur *l. 8. ff. de inoff. testam. l. 38. ff. de re judic.* Anton. Faber. *in Cod. lib. 1. Tit. 7. Defin. 2. n. 2.* Et si favor causæ cessat, succedit favor rei, pro quo vota prævalent, perinde ac si in probatione testes sint partes, quo casu favor rei fortiorem operatur probationem, ut non immerito iudex sententiam det pro reo, ex communi Interpp. opinione, quam multis tuetur autoritatibus Prosp. Farinac. *de testib. quest. 65. n. 152.* Just. Reuber. *de testib. part. 3. n. 155.* non solum, quia partes rei sunt longe favorabiliores, quam actoris *l. 125. ff. de R. J. d. l. 38. de re judic.* sed etiam, quod iudex in dubio facilius debeat esse ad liberandum reum, quam condemnandum *l. 47. ff. de oblig. & action.* Hinc, quoniam possidens Rei vice fungitur, non immerito ac sine juri conveniente ratione in paritate votorum pro possessore deciditur: Possessio enim tanti ponderis & efficaciam iudicatur, ut nullo etiam teste pro possessore deponente, habeatur is pro domino, quia præsumitur & inducitur ex possessione dominium *l. 3. ff. de usuc. l. 20. C. de pact. l. 1. §. ult. ff. pro herede.* Alphons. de Azevedo *in Const. Hisp. Reg. lib. 4. tit. 15. l. 3. n. 1.* Ripain *cap. saepe n. 2. extr. de restit. spoliat.*

D

(c) Hinc

(c) Hinc nemo non litigantium pro obtinenda possessione sibi laborandum consultius ducit, suffragante Jcto Cajo: *Qui enim destinavit, inquit ille, rem petere, animadvertere debet, an aliquo interdicto possit nancisci possessionem, quia longe commodius est possidere, & adversarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente petere, in l. 24. ff. de R. V.* Clarissimum proponit Ulpianus exemplum in l. 10. ff. de pign. & hypotb. Si debitor, ait, res suas duobus simul & conjunctim pignori obligaverit, ita ut utrique in solidum essent obligatae, singuli in solidum adversus extraneos quidem Serviana utentur; inter ipsos autem si quaestio moveatur, possidentis melior est conditio, l. 16. §. 2. junct. l. 10. de pignor. Sed quid? si eadem res ex intervallo duobus pignori sit obligata, & posterior rem possideat, ane & tunc quoque melior sit possidentis conditio? Neg. quia impar subest causa, sed potius illa observatur regula: qui prior tempore, potior jure; ideo prior in obtinendo pignore & distrahendi facultate posterioribus praeferrri solet l. 2. l. 8. l. 9. l. 11. l. 12. ff. qui pot. in pign. l. 8. C. eod. Carpz. p. 2. c. 23. d. III. n. 1. Ratio redditur haec, quia prior acquisivit sibi prius jus in re, quod ipsi debitor rem secundo creditori oppignorando auferri nequit. Vid. Dn. Struv. S. J. C. exerc. 44. tb. 52. & 53. ubi distincte rem exponit. Bachov. de pignor. l. c. 4. n. 5. & l. 1. c. 11. Negulant. de pignor. p. m. 448. n. 32. Haec de creditoribus, quibus eadem res oppignorata. Procedit quoque in causis aliis quam plurimis. Sic, quando duo causam ab eodem habentes simul contendant, tunc eum praeferrri Dd. statuunt, qui prius acquisivit possessionem, etiamsi alter prior sit titulo, v. g. si eadem res duobus fuerit vendita, donata, locata &c. praeferrendum esse eum, cui prius est tradita, per express-

pressum text. l. 15. C. de rei vind. add. l. 9. §. 5. ff. de publ. in rem act. Vid. D. Carpz. Dec. 82. num. 36. Magnif. Struv. S. J. C. Ex. 40. tb. 13. Idem quoque jus in feudis observari tradunt Dd. Si enim duo de eodem feudo investiti fuerint, eum præferendum esse, cui possessio est tradita, licet hic posteriorem habuerit investituram, in confesso est apud Jcto add. l. 15. C. de R. V. l. 6. C. de hered. Hartm. Pist. 2. quest. 29. n. 11. seqq. Rosenthal de feud. c. 6. Concl. 9. n. 11. lit. K. Magnif. Dn. Struv. S. J. F. cap. 8. §. 9. p. m. 285. & 286.

§. IV.

Ad ea, quæ possidentis commoda effectusque possessionis adaugere dicuntur, *tertio accedit, quod Dominus præsumatur.*

L. Sive possidetis 16. de probat. l. si quis emtionis 8. §. 1. C. de præscr. 30. l. 40. annor. l. fin. C. de rei vind. Ex possessione enim præsumitur dominium ac inducitur Alphons. de Azevedo in Constit. Hispan. Reg. lib. 4. tit. 15. l. 3. num. 1. Carpz. Dec. 82. num. 36. nili contrarium probetur. Tusch. tom. 6. practicar. conclus. lit. P. concl. 428. n. 5. Castr. l. 1. consil. 139. Alex. lib. 4. consil. 75. n. 42. Crusius de jure offerendi cap. 9. n. 7. Imo non solum dominium, sed & domini translationem operatur possessio l. 28. l. 35. C. de donation. de qua in Sect. hujus II. Memb. 2. §. 1. lit. (a). Quale autem ex possessione inducatur dominium, utrum verum & proprium, an analogicum & improprium, id ex consideratione objecti possessionis facili est colligere negotio. Quale quale tandem sit, tamen nihil impedit, quo minus possessor pleno domini jure utatur, commodaque omnia domino alias competentia percipiat, donec con-

trarium erit probatum; Unde si tertius possideat, impeditur executio sententiæ latæ inter alios, modo hic tertius non solum possidere, sed etiam dominum esse allegat. *l. 38. §. iidem pollioni verb. utique si error. ad L. Jul. de Adulter.* Et hoc ipsum est, de quo practici in foro maxime sunt vel esse debent solliciti, ne nescientes & in hoc errantes succumbant, prout post Bart. Bald. Jason. & alios tradit Clud. *rerum quotidian. c. 1. n. 119. 120.* Et stante hac thesi patet, quid ad quæstionem illam, quæ à Feudistis moveri solet, responderi possit: Si duo de eodem contendant Principatu & Ducatu, cuinam Vasallus præstare teneatur homagium? Tunc omnino Vasallus possidenti ad homagium præstandum est obligatus, & hoc est ex præsumptione domini, qua possidens gaudet, quæ tamdiu durat, donec probatione contraria eliditur ac destruitur *arg. l. 60. §. 1. ff. de usufruct.* Gvid. Papa *Decis. 181. & Decis. 326.* Et hic possessionis effectus elegans nominatur à Dn. Carpz. *Resp. Elect. 1. n. 21.* Sic possessio annalis vasallo in feudo, sciente & patiente domino, operatur, ut si moveatur quæstio super investitura, obtineat Vasallus Gemin. *Conf. 14. num. 7. Tusch. lit. P. Concl. 427. n. 10.* nisi talis annalis possessio esset abusiva, ut quia constaret de non investitura. Gemin. *d. Conf. 14. n. 7.* It. debitor penes quem bona sunt, si possidet, præsumitur illorum dominus & non creditur assenti contrarium, & immobilia massaritiæque repertæ in domo debitoris præsumuntur debitoris, alio non edocto *l. 2. C. ne uxor. pro marito. Salycet. l. 74. ff. de contrab. emt. Mascard. concl. 708.* idem obtinet in bonis mobilibus repertis in domo defuncti *l. 2. C. de probat.* Ceterum de ipsa hac thesi consulatur Menoch. *Conf. 90. n. 59. Coler. Process. executiv. 2. c. 3. n. 261. Anton. Fab. Codic. lib. 4. tit. 14. Def. 40.* §. V.

Exigua beatitudo possessori exinde haut accrescit,
quarto quod, sua titulum possessionis ut alleget ac
probet, cogi non possit nec debeat.

L. ii. C. d. petit. heredit. l. 7. C. de testib. l. 4. C. de edend. l. ult. ff. de rei vindic. Jason. in §. actionum num. 200. l. de action. Hart. Pist. p. 2. quest. 66. num. 1. Henr. Rosenthal. de Feud. c. 8. concl. 33. 17. Carpz. Decis. 82. num. 36. Schneidvv. ad d. §. action. Inst. de action. num. 31. Regulam hanc generalem Doctores tam late extendunt, ut ne per superiorem quidem cogendum esse statuant Bertazoll. lib. 2. Consult. Decis. Crim. 486. n. 4. & nemini posse fieri præceptum, ut ostendat titulum suæ possessionis Soc. Conf. 06. n. 11. lib. 1. Sicut enim bona fides, ita quoque titulus præsumitur, adeo ut etiam ad partis instantiam præceptum, ut vel doceat de jure suo & titulo possessionis, vel hanc dimittat, fieri nequeat, factumque non relevet. Bald. Conf. 339. num. 2. vers. modo vos. Tusch. late verb. præceptum. concl. 492. & verb. possessor. concl. 439. Nimis sane grave foret, reum urgeri ad exhibitionem eorum, per quæ sibi negotium fiat, secundum l. 7. C. de testib. cum actor potius proprias afferre probationes, non autem aliorum instrumentorum inspiciendorum potestas ei fieri debeat l. 4. C. de edend. Sic diuturnus possessor præsumitur legitime institutus, electus, investitus arg. l. 4. ibique Gloss. verb. si major. C. comm. divid. l. 6. de usuris. Imola in c. Dilecto. n. 13. de præb. Menoch. l. 6. presunt. 75. n. 1. & presunt. 69. n. 17. Hartm. Pist. 2. quest. 46. n. 19. Hinc sufficit, quod quis in possessione existat etiam jus dicendi, ut amoveri non debeat. Tusch.

verb. possessor. de concl. 439. Et sicuti possessor non tenetur dicere de titulo possessionis suæ, sic etiam electus, quando est in statu confirmationis, & non fuit appellatum, non tenetur dicere de titulo suæ electionis. *Tusch. d. l. Mascard. concl. 590. Election. n. 3. & 4.* Sic quoque quando officialis perdidit literas promotionis, quia diu fuit in possessione, præsumitur legitime institutus *Fel. Conf. 2. n. 29.* Imo possidens hoc gaudet favore pro se introducto, quod ex bonis propriis potius, quam alienis possidere præsumatur: *Gloss. in c. nulli 12. qu. 5. Mascard. d. probat. concl. 1194. num. 12.* & quamvis titulus in se nullus & actus invalidus sit, ex eo tamen non minus possessio transfertur, modo insecuta fuerit traditio, per ea, quæ deducuntur à *Giurba Decis. 24. n. 31. Gratian. Discept. forens. c. 317. n. 5. sequæ part. 2. Franc. Niger. Cyriac. 1. Controv. for. 10. n. 43. & 44.* Sed quæritur: an in iudicio possessorio exceptio nullitatis tituli possidentis admittenda sit? N. hæc enim altiore requirit indaginem, possessorque est defendendus, donec nullitas sit declarata in petitorio. *Tusch. cit. loc. concl. 427. n. 70.* Quod autem nulla regula tam vera ac firma sit, quin patiatur limitationem, hoc ipsum quoque verum animadverto in ipsa hac nostra regula generali, cum & hæc limitationem recipiat (1) in hereditatis petitione *l. 11. C. de hered. petit. l. fin. ff. d. rei vind.* Petitione enim hereditatis conventus cogitur suæ possessionis titulum dicere *l. 12. ff. de hered. petit. l. 36. ff. de rei vindic. l. 4. l. 20. ff. de interrog. in jur. fac.* In hoc enim puncto versatur interesse tam vivorum quam mortuorum: illorum, quia confessio eos in periculo præcipitare posset: horum, ut habeant heredem *l. 6. ff. de interrogat. exceptio tamen habetur in cit. l. 6. §. 1. Vid. Brunnem. ad d. l. 6.*

l. 6. Cujac. lib. 10. observ. 1. (2) in possessore beneficii. Sic Episcopus inquirere potest de titulo beneficiatorum, & ipsi tenentur docere titulum. Gem. in c. ordinar. §. 1. de offic. ordin. in 6. (3) quando titulus est necessarius ad fundandam intentionem agentis. Tusch. cit. concl. 439. n. 4. quando pro actore aliqua juris militat præsumtio, possidendi vero resistit. c. cum contingat. 29. de decimis. ut in possessore duorum incompatibilium loquitur Cald. Cons. 165. Tusch. cit. loc. n. 5. (5) quando jus in re aliena quis prætendit, tunc enim possessor ad tituli editionem omnino est devinctus arg. l. 8. l. 18. C. de servit. §. pen. f. de servitut. Matth. de Affl. in c. 1. n. 85. de Controv. invest. Andr. Gail. l. 2. obs. 69. n. 7. Ex quo fit, quod Vasallus, qui talem se profitetur, teneatur ostendere domino instrumentum investituræ, & docere de suæ possessionis titulo, ut docet Rosenthal. d. concl. 33. n. 67. Pluribus autoritatibus adductis idemque latius persequitur Hart. Pift. dict. quest. 46. Aliud (6) observatur in regalibus, qui enim ejusmodi possidet, v. g. qui est in possessione juris Episcopalis, vel percipiendi vectigalia aut decimas vel juris venandi, tenetur allegare titulum: quandoque enim præsumtio juris contra possessorem est, tunc titulus ab allegante probandus, nisi possessio sit immemoriali tempore acquisita. Vid. Dn. Brunnem. ad l. 5. l. 6. de interrog. in jure faciend.

§. VI.

Possessoris beatitudinem maximopere commendat, quod quinto ab onere probandi (a) relevetur, illudque in adversariam transfert. (b)

C. 18. de rest. spoliat. c. ex litteris 3. de probat. c. 6. de praescript. l. 14. ff. de probat. l. 20. ff. eod. l. 6. §. ult. ff. de liber. caus. l. ult. C. de rei vind. l. 2. l. 23. l. 15. C. de probat. l. 4. C. de edend. Ferdinand. Vasquius lib. 2. Controv. illustr. c. 86. num. 5. Joh. Gutierrez Pract. quest. lib. 3. quest. 10. num. 2. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Jud. quest. 2. cap. 48. n. 12. Carpz. 1. c. 16. d. 23. Mindan. de mat. poss. c. 9. n. 12. Schneidw. ad §. rein. 3. de Interd. n. 62. 63. Joh. Corafius in l. 12. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. num. 18.

(a) Non enim possessori incumbit necessitas probandi, optime rescripsit Anton. Afel. in l. 2. C. de probat. quod etiam de quasi possessoribus asserit Mascard. de probat. Vol. 3. Concl. 144. Tusch. verb. possessio concl. 427. n. 12. quia possessor praesumitur dominus, & qui contrarium dicit, probare debet. Castr. cons. 139. Tusch. cit. loc. Melior certe est conditio possidentis, quia possessor plus juris habet in retinendo, quam actor in agendo, secundum Specul. in Tit. de Emphyt. §. 5 n. 83. & rem ipsam habere dicitur, qui possessionis jure fruitur l. 1. §. 38. ff. ne quid in loco publ. Nec afflicto addenda est afflictio, quod hic sane fieret, si possessor, ut reus, ad probationem praestandam teneretur. Probatio cum nervus sit actionum, teste Joh. Sichardo, ad rubric. C. de probat. Quemadmodum enim in nervis robur peculiariter consistit, ita etiam victoria actionum in probationibus, Judici etenim incumbit secundum allegata judicare & probata l. 6. §. 1. ff. de offic. Praesid. l. 13. §. 2. C. de Judic. c. Deus 2. q. 1. c. Judicantem 30. q. 5. & c. ult. de probation. Hinc primum is, cui onus probandi incumbit, de probationibus legitimis, quarum variae afferuntur species à Dd. quae veram & perfectam efficiunt probationem, comparandis ac producendis maximopere solli-

sollicitum se exhibeat, ne hisce deficientibus tota causa corruat. Accidit namque in judiciis sæpissime, ut pars una vel altera id, quod petit, consequi haut possit, non quod jus deficiat, sed quod deficiat, probatio, ut exemplum, quod Paulus præbet *in l. 30. ff. de testament. tut.* ejusdemque verba sat clara, *non jus deficit, sed probatio*, monstrant. Jura quippe nihil profunt, probatio ubi deficit, perinde enim est, ac si illud, quod non probatur, non esset: hinc notanter Pontifex, non monstrari esse, quod nescitur aut non probatur factum, dicit *in can. Solemnitates 16. Dist. 1. de consecrat.* & probationem processus animam vocat Damhaud. *Prax. Civ. c. 157. n. 1.* sine qua scil. corpus illud non tam corpus est, quam cadaver, h. e. inutile. Ac licet huic oneri subjectus legitimis iisque necessariis instructus sit probationibus, caute tamen agere necesse habet, ne quid ponat aut alleget, quod vel causæ nocere, vel ejus adversario prodesse queat. Patet exinde, quam periculosa res sit, ac difficillima ad onus probandi subeundum teneri, contra vero quam egregium ac possessori proficuum à probandi necessitate eaque difficili immunitas possessionis producat effectum. Hinc est, quod, si communi in judicio, in quo scil. utraque persona vices duorum habet, ambarum partium testes sunt æque idonei, possessoris testes præferantur: cum promptiora jura sint ad absolvendum, quam condemnandum, nisi favorabilem causam, puta liberalem vel similem, foveat actor. *c. ex literis 3. X. de probation.* Vid. Consilium Caji *in l. 24. ff. de rei vindic. datum, ac in Sect. hujus Membr. 1. §. 3. lit. (c)* adductum. Exceptio ab hoc possessoris privilegio habetur *in l. 20. ff. de probat.* ubi conventus actione in rem præjudiciali pro libero homine detento, non consequitur

E

commo-

commodum possessoris, ex eo, quod fuerit absolutus, quia probatum non fuit illum esse liberum. *de l. 20. ff. de probat.*

(b) Ob praesumptum jus suum debilius, quo gaudet. Cum enim possidens jure possidere praesumatur, pro ipso omnino judicandum, donec adversarius contrarium legitime probaverit §. *retinenda Instit. ibique Dd. de Interd.* quoniam ex possessione titulus & jus ipsum praesumitur. Ideoque certo sibi possidens persuasum habere potest, a-ctore non probante, jure possessionis ipsum absolvi. *d. §. retinenda 7. de interd. cap. saepe X. de restit. spoliat. Andr. Clud. rerum quotid. c. 1. n. 12.* Sic possessio & quasi possessio feudi, sciente & patiente superiore, transfert onus probandi in eum, qui dicit feudum cadere in dispositionem testatoris *Bal. Conf. 151. Cardin. Tusch. verb. possess. concl. 427. n. 7.* Diversum tamen obtinet, si forte praesumptio juris possessori resistat, *c. cum contingat 29. de Decimis. c. ex insinuatione 3. de Procurat. c. constitutis 46. de elect. c. cum ecclesia 3. de caus. process. & propriet. A. Pist. p. 2. l. 2. q. 46. n. 6. Menoch. Conf. 1002. n. 23. Mev. p. 3. dec. 205. n. 2. & p. 4. dec. 357. n. 3. Brunnem. ad l. 2. ff. uti possid. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1194. n. 66. & 67. Carpz. p. 1. c. 16. defn. 23.* Si quidem praesumptio ista possessorem in mala fide constituit, ast nunquam possessio cum mala fide transfert onus probandi in adversarium *l. 12. §. 2. l. 7. §. de liberal. caus. Mascard. d. l. n. 42.* Finge, Patrem & filium impuberem eodem die peste extinctos esse, nec certo affirmari posse, quis eorum primus obierit? Quæritur, utrum hoc casu probatio, Patrem ante filium impuberem decessisse, incumbat actoribus, an vero reis, i. e. possessoribus hereditatum patris & filii impuberis? Resp. quia hic filius im-
pu-

pubes propter infirmitatem prior præsumitur mortuus, hinc possessoribus recte injungitur probatio *l. 9. §. ult. l. 23. l. 22. de reb. dub.* Covarr. *l. 2. Resol. c. 7. n. 9.* Menoch. *lib. 6. præf. 50. n. 30.* Tusch. *cit. concl. n. 20. 21.* Carpz. *p. 3. constit. 157. d. II. p. 1. c. 16. d. 23. n. 8.* Franc. de Barry *de Success. lib. 17. §. 12. n. 31. sequ.* Fular. *de Substit. qu. 416.* Finckelt. *Obs. 52. n. 9.* Brunnem. *ad ff. l. 9. §. ult. l. 22. de reb. dub.* Quæ tamen limitatio iterum sublimitanda, nisi alia præsumtio juris pro possidente militet, Mev. *dd. II.* Porro diversitas à regula obtinet, si quid debeatur superiori; hoc si quis privatus possideat, tenetur edere titulum Mev. *p. 4. dec. 357.* It. si res sine titulo præscribi non possit, Mev. *d. I. Brunnem. ad l. 1. §. ult. ff. uti possid.*

§. VII.

Ex antecedentibus tandem hoc colligitur, quod *sexto possessor in sua possessione manuteneri debeat (a) atque omnibus illis, qui impedimentum ipsi in possessione struunt, impune resistere possit. (b)*

(a) **N**Am possessor in sua possessione tamdiu defendendus, donec vitium probaverit actor. *l. 2. ff. uti possidet.* Brunnem. *ad d. l. 2. nec possessor solum, sed & heres in possessione, quam habuit defunctus, manuteneri debet; Sic quando defunctus fuerit occisus à turbatore, interdictum uti possidetis occisi heredem defendet, quia heres occisi habetur pro possessore, Menoch. de retin. remed. 3. n. 61.* Idem est, quando in locis quibusdam extat statutum, quod possessio defuncti continuetur in heredem sine apprehensione. Menoch. *c. l. num. 59. seq.*

E a

Et si-

Et simile est, quando mota est lis super turbatione, & ante finitum iudicium turbatus moritur, tunc successor defuncti in lite obtinebit mandatum de manutenendo. Menoch. *cit. loc. n. 62.* Vergin. de Bocc. à Cing. *de interdict. uti possidetis. c. 2. n. 21. 22. 33. p. m. 16.* Tusch. *concl. 441. n. 6. lit. P.* Præprimis tamen possessor manuteneri debet lite pendente Tusch. *cit. loc.* quod verum esse tam de jure, quam de stylo omnium curiarum inter privatos refert ex Gvid. Pap. *decis. 366.* Tuschius *cit. loc.* Aliud tamen observatur, quando lis inter fiscum & privatum orta, tunc pendente lite fiscus potest privare partem possidentem *l. 21. ff. de jur. fisc.* & licet iudex sequestrare possit possessionem inter duos contendentes de possessione, ne deveniant ad arma, Jason. *in l. 21. ff. si cert. pet.* attamen nemine possidente, vel si uterque nititur velle possidere, vel quando non constat, qui vere possideat, tunc is, qui prius se possedisse probat, vel solus possidere, interdicto *uti possidetis* erit defendendus. Vergin. de Bocc. à Cing. *cit. loc. n. 14.* Tusch. *cit. l. n. 11.* Probe itaque Iudex perpendat, quando inter plures est contentio de possessione, quis defendi debeat. *Dec. conf. 247.* Utecce, si duo prætendunt possidere, & unus dicit se possidere, & alter negat illius possessionem, & dicit se possidere, & hoc modo unus alium turbat, & nullus vult contra alium libellum offerre & facere se actorem, tunc iudex ad evitandum armorum pericula & scandala inde emergentia, ex officio informationes probationesque summarias super possessione de præsentis capere necesse habet, etiam quod possessio unius sit mera detentio, & eum, quem reperit possidere, mandabit manuteneri in possessione, in qua existit, cum inhibitione alteri facienda, ne molestat dictum possessorem, &

ne

ut accedat ad locum super quo est quaestio, reservato jure agendi in possessorio plenario & petitorio utrique parti, Vergin. de Bocat. à Cing. *tr. de interdict. uti possidetis c. 2. n. 81. p. m. 32.* Nec ignoret iudex quomodo procedendum, quando duo rem in solidum possident. Sic si alter iuste, alter iniuste possideat, indubium est, eum obtinere, quem iuste possidere constat, & hinc quilibet in sua possessione manutenendus, Menoch. *d. l. n. 716.* quando vero iniuste possidens non à me, sed ab alio possidet iniuste, tunc uterque manutenendus, per *l. 3. pr. ff. uti possidet.* si vero alter respectu mei iniuste possideret, tunc ego obtineo causam *l. cit. Brunnem. ad d. l. 3. ff. uti possidet.* Alii distinguunt inter possessorem juniorem & antiquiorem, ut in summario possessorio junior possessio & de praesenti proficit eam probandi; si pares utrinque probationes, antiquior: si vero in possessorio ordinario, semper antiquior sit praeferenda Plotus *de in litem jurando §. 3. n. 30.* Mev. *p. 3. dec. 91. Brunnem. ad l. 3. ff. uti possidet. n. 6.* Nec uterque qui eandem possessionis speciem probavit, erit manutenendus, sed is, qui melius probavit, Menoch. *d. l. 718.* si autem probationes ex utraque parte aequales, digniores praeferuntur, si nec hic disparitas, antiquior possessio obtinebit, per *c. licet causam 9. X. de probat.* Menoch. *d. l. num. 725.* licet junior habeat titulum, exceptis beneficialibus, aut si in praesenti, qui antiquiorem possessionem habuit, non possidet Menoch. *d. l. n. 730. & seqq.* si vero utrinque de aequali tempore probata possessio, & tunc titulum qui probat, manutenebitur, per *d. c. licet causam.* nisi ambo allegent titulum, tunc enim antiquiorem habens obtinebit Menoch. *d. l. n. 733. & seqq.* Meichsner. *tom. 3. decis. 3.* Klock. *conf. 181. n. 180. & seq. v. 2.* Mascard. *conclus. 1200.*

Qv. an & prado in possessione sua sit manutenendus? af-
 firm. per c. in literis de restit. spoliat. Alex. cons. 6. lib. 3. spo-
 liatus enim de facto non potest propria autoritate posses-
 sionem arripere contra spoliantem, neque molestari pot-
 est antequam constat quis sit prado per suam confesio-
 nem aliamque probationem. l. 7. C. ad leg. Jul. de vi publ.
 vel priv. c. in literis s. de restit. spol. Anton. Gabriel. concl. 1. in
 tit. de restit. spol. n. 4. seq. Vergin. de Boccac. à Cing. de in-
 terd. uti possid. c. 2. num. 87. p. m. 33. Salyc. add. l. 7. Tusch.
 concl. 441. lit. E. ideoque pro obtinenda ac defendenda sua
 possessione habet *interdictum unde vi*. Differentiam qui-
 dem fuisse inter interdictum de vi simplici & de vi armata,
 Cujacius & alii colligunt ex Cicerone in orat. pro Cæcinn.
 It. ex l. 1. §. 30. l. 3. §. 9. l. 14. ff. de vi & vi armat. ita scil. ut eum,
 qui à me vi, aut clam, aut precario possidet, impune rur-
 sus vi sine armis dejicere possim, nec tenear interdicto
 unde vi: Vi vero armata si istum dejiciam, tenear nihilo-
 minus interdicto de vi armata, nisi in continenti iterum
 dejecero d. l. 30. §. 9. Verum quoniam hæc differentia in
 leges à Justiniano compositas non relata, inde ex §. 6. l. de
 interd. colligendum omnino videtur compilatores legum
 & Justinianum istam non observatam velle, sed juxta eo-
 rum mentem utrumque interdictum etiam contra domi-
 num sive simplici vi, sive vi armata alterum, qui ab ipso
 vi, clam aut precario ex intervallo dejicientem compete-
 re, & pradonem quoque spoliatum ante omnia esse resti-
 tuendum. l. 7. C. ad L. Jul. de vi publ. d. l. 13. de restit. spoliat.
 c. f. de ordin. cognit. l. 7. C. de vi & vi arm. Obrecht. tract. de
 necessar. def. c. 3. n. 17. æquitas tamen videtur dictare limi-
 tationem in manifesto pradone, quod is à domino seu eo,
 de cujus jure confestim & liquido constet, etiam ex inter-
 vallo

vallo dejectus non sit restituendus, *arg. c. cum delict. de caus. poss. & prop. c. fin. de restit. spol. vid. Menoch. rem. recup. l. n. 13. Zæf. tit. de vi & vi arm. n. 17. & seq. vid. latius Dn. Struv. de vind. priv. p. m. 59. 60. Esse autem aliquem in possessione sua defendendum vel ex hoc colligitur, quia possessor quicumque potest petere suam sibi confirmari possessionem. l. 3. §. 13 ff. de carbon. edict. l. 1. C. eod. Menoch. rem. adip. poss. qu. 44. n. 348. Brunnem. ad d. l. 3. §. 13. Salycet. ad cit. l. 1. C. de carbon. edict. qua occasione dicunt, dari quartum possessorium confirmandæ scil. possessionis, per quod Prætor defendit possessorem perturbatum in sua possessione, neque superfluum esse putant, quia institutus, qui reperitur in possessione beneficii, possit petere de novo ut instituat, & semel legitimatus possit de novo in pleniori forma legitimari, & qui obtinuit sententiam, quæ transivit in iudicatum, tamen confirmationem obtinere posse affirmant. Vid. Tusch. cit. loc. concl. 441. n. 13.*

(b) *Arg. l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armat.* Si enim possessor vi dejectus & spoliatus omnino & ante omnia sit restituendus in pristinam suam possessionem solvendo interesse & damna *l. si quis ad L. Jul. de vi publ. secundum ea, quæ tradit Schneidew. ad §. recuper. J. de interd. multo magis illi, qui hæc talia intendit, resistere potest, melius quippe est ab initio occurrere, quam vulnerata causa remedium querere. Quemadmodum enim nemini permissum, propria autoritate alterum suam in possessione turbare, remque suam propriam alteri eripere, & sic autoritate propria sibi jus dicere ac statuere, sed auxilio iudicis implorato id facere debet, nec etiam in* iudicio

n
 iudicio possessione sua possessor privandus absque sententia declaratoria, de quibus passim Dd. *ad l. f. C. de Edict. D. Adr. tollend.* Farin. *de homicid. qu. 125. n. 174.* Scacc. *de Judic. 2. cap. sub n. 183.* Ita è contrario ipsi possessori omni jure est licitum, molestantem propria autoritate repellere, ut notant Dd. *in l. 44. l. 6. §. qui ad nudinas ff. de acqu. vel amitt. possess.* seque in possessione conservare *l. 6. C. unde vi.* Caval. *dec. 475. n. 2.* & ad opus de facto etiam de facto se opponere, Monac. *Decis. Lucens. 11.* idque faciens vim facere non dicitur, sed vim repellere Viv. *dec. 226. n. 10. lib. 2.* Benit. *dec. 73. n. 12.* nec inhibitionem attendere. Vid. late Post. *de possess. & manut. obs. 1. n. 67. & passim.* Imo si inveniatur alium, qui jam occupavit fundum vel prædium, causante possessione licitum erit domino ingredi fundum etiam per violentiam, ut *ex l. 6. ff. de acqu. vel amitt. possess.* post Guid. Pap. deducit Carpz. *1. Resp. Elect. n. 9.* Accedit, quod turbans aliquem in quasi possessione servitutis aut alterius juris, cavere debeat, se in posterum non impediturum, donec lis per sententiam finiatur *l. 7. de acqu. quot. & astiv.* Menoch. *de pres. 69. n. 29.* Clud. *rer. quot. c. 1. n. 122.* Porro adeo contra vim injustam licita est rerum defensio, ut etiam judici legitime procedenti, ejusque officialibus juste resistatur *l. 5. C. de jure fisci l. 5. C. de excusat. l. ult. vers. sed & si fecerit. C. de disc.* Vid. Dec. *in l. 3. de J. & J. n. 24. & seqq.* Ant. Faber. *in C. l. 3. t. 18. def. 1.* Christin. *vol. 5. dec. 6. n. 2. & dec. 168. n. 12. 13.* Dn. Struv. *de vind. priv. p. m. 60. n. 4.* Carpz. *l. 1. resp. Elect. 1. resp. 2. n. 10.* & latius Grak. *de aut. priv. c. 5. n. 29. 30. 31. & seqq.* Imo sunt, qui defensionem quoque cum invaloris internecatione conjunctam defendere conantur *l. 1. C. unde vi Constit. Carol. art. 150.* Strauch. *Diss. ad ff. 6. §. 25.* quoniam defensio rerum cum corporis vitæque

vitaque

vitaque periculo est conjuncta, praesertim si inuasor defensori armis resistat nolens res ablatas restituere & relinquere Carpz. in pr. Crim. p. 1. q. 32. n. 27. & seqq. Eckolt. ad ff. de acqu. vel amitt. possess. §. 15. modo in continenti id fiat l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armata. Ceterum facultas rem ab aliorum turbatione defendendi absolvitur Interdictis quibusdam, quorum alia retinendae possessionis comparata sunt §. 4. Interd. ut: interdictum uti possidetis & utrubi. Illud competit possessori rei immobilis (vel etiam incorporalis, quae pro re soli habetur l. 8. §. 5. si serv. vind. l. fin. uti possid.) adversus quocunque modo turbantem. l. 3. §. 2. & 3. eod. ad possessionem retinendam, defendendam & conservandam l. 1. §. 4. eod. Hoc vis fieri rerum mobilium possessori à Praetore prohibetur, ac ab Interdicto uti possidetis solo objecto differt. Alia recuperandae possessionis gratia datur Interdictum unde vi l. 1. §. 24. de vi & vi armata. Undique enim jura conclamant, violenter dejectum & spoliatum ante omnia esse restituendum. Etiam si ipse fuerit malae fidei possessor l. 1. §. 30. ff. unde vic. ex literis. X. de restit. spol. modo non sit praedo manifestus, qui contra dominum manifestum non restituitur l. 18. de vi & vi armata. Porro injuste de possessione dejectus restituendus est, licet ipse dominus dejecerit l. 7. C. unde vi l. 1. §. 30. & 31. de vi & vi arm. & integrum possessori est, dejicientem in continenti rursus dejicere l. 3. §. 9. eod. Et tantum de effectibus possessionis ac commodis generalibus; Nunc ad specialia.

F

MEMBR.

tradens

PRIVILEGIA POSSES-
SIONIS AC COMMODA
SPECIALIA.

§. I.

Possessio non solum Dominiū inducit præsum-
tionem, verum etiam per eam fit *dominiū*
translatio (a) longaque possessio (b) suis re-
quisitis munita (c) dominium acquirit possi-
denti per usucapionem (d) atque *divisionem*
factam inducit. (e)

(a) **N**on vera, sed mediante quadam juris fictione, pu-
ta per Constitutum. Sic si v. g. donans vel ven-
dens dominus existens tradat vacuum possessionem ac re-
tineat sibi usumfructum rerum donatarum vel vendita-
rum, intelligitur illas tradidisse adeoque dominium trans-
tulisse per l. 28. C. de donat. l. 35. §. 5. C. eod. Salycet. ad dd.
ll. Gvid. Pap. dec. 356. n. 1. Retentio enim hæc usufu-
ctus perficit dominii traditionem & hoc casu donator do-
natario, non sibi possidet. Idem quoque perficitur con-
stitutione precarii l. 28. ff. de acqu. vel amitt. poss. Ex solo
enim constituto sine traditione acquiritur possessio, & qui
possessionem habet, constituere potest, ut ipse alterius
nomine possideat; huc quoque pertinent casus l. 19. l. 21.
d. t. Vid. Roland. à Valle l. Conf. 19. n. 25. Nec aliud per-
agitur

agitur conductione rei donatae l. 77. ff. de rei vind. Brun-
nem. ad l. 28. ff. de acqu. vel amitt. possess. Item, si rem à se
donatam quis retinet tanquam in causa pignoris vel de-
positi; Idem quoque perficitur instrumenti traditione l. 1.
C. de donat. l. 49. ff. solut. matrim. l. 44. §. 4. ff. de leg. 1. An-
ton. Faber. in Cod. l. 2. t. 3. def. 6. n. 6. Carpz. p. 2. constit.
33. def. 15. Plura vid. apud Gothofr. in not. ad l. 18. C.
de donat.

(b) Nam sine possessione usucapio & praescriptio
contingere nequit, quia usucapionis est fundamentum l. 3.
l. 25. ff. de usucap. & usurp. l. 31. §. 1. eod. Harpr. in pr. b. t. n.
262. & hoc etiam in servitutum praescriptione locum ha-
bet. Carpz. lib. 1. Resp. 36. Unde vulgatum illud: Tan-
tum praescriptum, quantum possessum. l. 1. §. 5. ibique
Gloss. ff. de itin. actuque priv. Gilcken. de praescript. p. 3. c. 6.
Gebhard. de usuc. c. i. resol. §. 2. Magnif. Dn. Struv. exercit.
43. §. 11. exerc. 42. §. 16. Treutl. v. 2. d. 22. tb. 2. lib. 2. lit. a.
Duplex autem in legibus nostris constituitur possessio, u-
na naturalis, altera civilis l. 10. C. de acqu. poss. Utraque
est rei detentio, sed haec animo & opinione domini, illa
citra animum affectionemque domini. Cujac. lib. 9. obs. 33.
Unde manifestum est naturalem possessionem ad usuca-
pionem non sufficere, sed civilem requiri. Cum enim
usucapio sit modus acquirendi dominium, hoc autem
non acquiratur sine animo & voluntate acquirentis l. 55. ff.
de O. & A. necessarium est, talem hic intelligi possessio-
nem, qua animo & voluntate domini res detinentur pr. &
§. 1. Inst. de usuc. Schneid. ad d. pr. n. 56. Vult. n. 27. Treutl.
v. 2. d. 22. tb. 5. lit. C. D. Ludvv. exercit. Justin. VI. §. 4. lit. b.

(c) De quibus vulgati habentur versiculi:

Non usucapies nisi sint tibi talia quinque:

F 2

Justa

*Iusta fides, justus titulus, res non vitiosa,
Ut res tradatur, tempus quoque continetur.*

Vid. Schneidevv. ad *J. de usuc. & prescr. num. 13. seqq.* ubi quodlibet requisitum specialiter explicat.

(d) Tanquam modum acquirendi dominium civilem *l. 7. pr. ff. pro emptore. l. 3. ff. de usurp. & usucap. l. 25. ff. eod. c. sine possessione 3. de R. J. in 6to.* Felin. *c. 1. extra de prescript.* quilibet enim tunc praesumitur bona fide ac titulo iusto possidere, nisi contrarium vel iure vel certis demonstratur argumentis *arg. l. f. C. de R. V. Mascard. de probat. v. 3. concl. 196.* Eckolt. *ad ff. de acqu. vel amitt. poss. §. 15. num. 2.* praerimis si longa adsit possessio *c. 1. de prescript. in 6.* Matth. de Afflict. *decis. Neap. 326. inf.* Socin. *Cons. 127. col. pen. inf. vol. 1.* & nomine proprio Treutl. *disp. 21. tb. 5. lit. A.* Carpz. *lib. 1. Resp. tit. 9. resp. 81. n. 6* & quoniam omne clandestinitatis vitium abesse putatur a possidente, per ea, quae tradit Bart. *in l. creditores vers. qui incipit. C. de pign. possessor, qui diu beneficium possedit, praesumitur legitime institutus adeoque dominus esse, Clud. rer. quotid. n. 70.* legis quippe auctoritate possidet *l. 11. ff. de acqu. vel amitt. poss.* Et longa possessio libertatis per annos 40. inducit liberationem obligationis. Tusch. *concl. 427. n. 23. 24. lit. P.* Cum itaque praesupposita hac praesumptione lex civilis mediante usucapione dominium transferat, hinc quaestio a Dd. movetur, *quale hic dominium intelligatur, num directum, an utile?* Sententiam statuentium, usucapione & rerum mobilium & immobilium directum acquiri dominium, verior videtur, tum quia *usucapio* a Modestino definitur, *quod sit acquisitio sive adjectio domini*, quod de directo proprie accipiendum est per *l. 1. §. 1. si ager vectig. pet.* tum quia Diocletianus & Maxim. Impp. pariter scribunt: *Traditionibus*

bus & usucapionibus dominia rerum acquiri; i. e. sicuti traditionibus directum acquiritur dominium, ita etiam usucapionibus; tum quia qui patitur rem suam possideri & praescribi, censetur illam alienare *l. 28. de V. S.* Alienatio autem est actus per quem dominium transfertur *l. 1. C. de fund. dotat.* & qui alienat, in dominii translationem consentire praesumitur *arg. l. 165. ff. de R. J.*

(e) In dubio ex possessione diu divisim observata praesumitur facta divisio *Gloss. in l. pen. C. com. divid. Menoch. libr. 6. praes. 69. n. 23.* Sic quando longo tempore fratres vel socii separatim habitaverunt, nempe 10. annis inter praesentes, & 20. inter absentes, & quilibet solus possidet partem suam, subeundo onera pro ea parte tantum & emolumentum ex ea percipiendo, praesumitur divisio inter eos legitime facta. *Menoch. libr. 3. praes. 60. n. 3.*

§. II.

Pro opulento possidentis privilegio fortiter pugnat fructus percipiendi facultas (a) eosque ipsos suos faciendi. (b)

(a) **L**. 3. §. 5. *junct. Gloss. verb. non multum ff. de acqu. l. 1. mitt. poss. §. 35. J. de R. D. Cyn. in l. 22. C. d. R. V.* Non enim possessor privandus fructuum perceptione, nisi prius amoveatur à possessione, cujus causa percipere fructus debet. *Tusch. concl. 427. num. 65. lit. P.* Facultatem hanc fructus percipiendi unde possessor habeat, ex ipsis *thes. praecedentibus* est colligere, scilicet ex praesumptione Domini; parile enim jus bona fides possidenti, quod veritas domino praestat *l. 136. ff. d. R. J. l. 25. §. 1. ff. de usur. & fruct.* Et bona fide possidere & dominum esse simili-

tudinem inter se habent *l. 48. de A. R. D.* Quare talis possessor in reliquis, in re v. g. ædificando, destruendo, se gerere potest ut dominus. Conf. Gratian. *Disc. Forens. c. 314. n. 54. lib. 2.* Farinac. *de homicid. quest. 125. n. 176.* Scacc. *de Judic. 2. cap. 2. sub n. 183.*

(b) Et in hisce verbis consistit bonæ & malæ fidei possessoris differentia. Hic enim fructus acquirendo suos non facit *l. 22. C. de R. V. l. 25. ff. de usur.* sed restituere tenetur, non perceptos tantum, siue illos honeste perceperit, siue non *l. 1. in f. C. l. 25. §. 1. ff. de hered. petit.* puta, ex lupanari *l. 27. §. 1. ff. eod.* vel injuria judicis *l. 46. §. 2. ff. de procurat.* Vel stultitia emtoris, cui res majori vel immodico fortasse pretio vendidit. Hanc dæf. *exerc. imperial. 8. qu. 24.* sed & quos percipere honeste potuisset, tam civiles *l. 33. ff. de R. V.* quam naturales *l. 22. C. eod. l. 25. §. 4. ff. de hered. petit. l. 17. C. de R. V. l. 10. §. 2. quæ in fraud. cred. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. §. 2. & 3. I. de offic. Judic.* Heig. *ad §. 35. I. de R. D. n. 94.* Copus *tract. de fructib. lib. 2. tit. 4. cap. 2.* Carpz. *p. 3. c. 32. d. 30. & lib. 1. Resp. 39. n. 1. & seqq.* Wesenb. *in parat. ff. de R. V. n. 7.* ibique Hahn. *in not.* Vid. Philipp. *Us. Pract. lib. 2. Ecl. 15. n. 1.* Salycet. *ad l. 5. C. de R. V.* Consumptione vero fructus non quidem irrevocabiliter eundem acquirere exinde patet, quod consumti ab eo repetantur per conditionem *l. 3. C. de cond. ex leg. l. 4. C. de crim. expil. hered. l. 4. §. 2. in f. ff. fin. regund.* quæ utique dominium in malæ fidei possessore præsupponit, cum conditio regulariter datur non domino adversus dominum *§. 15. I. de act. junct. l. 75. ff. de V. O.* Possessor autem bonæ fidei tamdiu fructus sibi acquirit, quamdiu in bona fide est *l. 22. C. de R. V. l. 48. §. 1. ff. de A. R. D. l. 23. §. 1. l. 40. ff. eod.* Vid. Hunn. *lib. 2. tract. 1. qu. 24.* Franzk. *ad ff. de R. V. n. 77. & seqq.*

§ seqq. Eckolt. ad ff. de A. R. D. §. 30. Sive naturales sint,
 five industriales, five civiles, nihil refert, sed omnes per-
 cipiendo i. e. à solo separando ex aliena re suos interim fa-
 cit, §. 35. I. de R. D. l. 25. §. 1. de usur. & fruct. l. 48. in pr. de A.
 R. D. Carpz. p. 3. c. 32. d. 28. & dec. 86. n. 11. A. Pist. p. 4. qu.
 26. Donell. lib. 4. cap. 15. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend.
 p. 2. c. 4. n. 54. sqq. Anton. Fab. lib. 4. conject. c. 14. Harpr. ad
 §. 35. I. de R. D. n. 35. & seq. ibique passim Doctores. Imo
 etiam fructus percipiuntur ex re, quæ usucapi non potest,
 ut re pupillari & vi possessa, per cit. l. 48. pr. ff. de A. R. D.
 Unde colligunt, rem pupilli usucapi non posse, fructus
 tamen bona fide ex ea re acquiri. Vid. Don. l. 5. c. 23. lit. A.
 & B. Bachov. vol. 2. Disp. 22. tb. 2. lit. G. Colleg. Argent. ad
 l. 41. tit. 3. Disp. 9. n. 10. Brunnem. ad d. l. 48. ff. de A. R. D.
 Nihil sane æquius est, quam eum, qui rem bona fide cu-
 ravit & coluit, & curando non servavit solum, sed etiam
 meliorem reddidit, fructus, qui inde percipiuntur, ferre
 culturæ & fidei suæ mercedem l. 10. ff. de R. J. d. §. 35. I.
 d. R. D. Ungebauer exercit. Justin. V. n. 12. Quamdiu au-
 tem b. f. possessor, si dominus supervenit, fructus plene do-
 minio suo subficiat, inter Doctores controvertitur Hanc
 dæsiō in exerc. imper. 8. qu. 23. præ ceteris hæc arridet di-
 stinctio: Vel possessor justam contradicendi causam ha-
 bet, vel non. Illo casu donec res plene fuerit evicta l. 25.
 §. 4. ff. de usur. Hoc vero casu, (quia causa non est dubia,
 sed liquidum jus actionis) donec id intellexerit, vel per de-
 nunciationem actoris, vel per litis contestationem l. 25. §.
 7. ff. de hered. petit. l. 48. §. 1. ff. de acqu. rer. dom. Sed
 quaritur, an bonæ fidei possessor fructus in tantum sibi
 acquirat, ut ad eos domino rem vindicanti restituendos
 non

non

non teneatur? Distingvunt Doctores inter *fructus naturales & industriales*, & ratione illorum inter *pendentes, perceptos & consumptos*. De *pendentibus* nullum residet dubium; Nam

Fructus pendentes fundi pars esse videntur, l. 44. ff. de R. V. l. 12. §. 5. l. 27. ff. de usufr. & computantur inter immobilia, prout post Casianum super consuet. Burgund. in glo. tous meubles, n. 20. car. 135. loquitur Vergin. de Boccat. à Cing. c. 18. n. 15. p. m. 120. Sed quantum ad alienationem & separationem non sunt immobiles Tiraquell. de retract. §. 1. glo. 7. n. 53. part. 1. ideoque eos nullus acquirit, multo minus suos quisquam facit, sed cum ipsa re, cujus pars esse dicuntur, sunt restituendi. Naturales perceptos & adhuc extantes facit quidem suos, sed revocabiliter, adeoque restituendi sunt l. 45. ff. de usur. & fruct. Ast fructus consumptos bonæ fidei possessor omnes lucratur l. 4. §. 2. ff. fin. regund. l. 40. in f. ff. de A. R. D. §. 2. §. de offic. judic. Dominus enim sibi debet imputare, quod non reperierit fructus separatos & perceptos l. 203. ff. de R. J. Jura quippe vigilantibus subveniunt l. 24. in f. qua in fraud. cred. non vero negligentibus l. 16. ex quib. caus. major. Et certe perquam iniquum esset, bonæ fidei possessor si fructus, quos consumpsit, teneretur restituere, cum ratione hac bona fides, quæ ei prodesse debere, noceret potius, neque ulla esset discrepantia inter bonæ & malæ fidei possessorem, nisi quod hic tam ad præceptorum ac consumptorum, quam ad percipiendorum, ille autem tantum ad perceptorum restitutionem sit obligatus. Hac de fructibus naturalibus. Fructus vero industriales s. artificiales, quos cultura & cura §. 35. l. de R. D. diligentia & opera l. 48. ff. de A. R. D. factoque suo percipit l. 45. ff. de usur. bonæ

bonæ fidei possessor facit perfecte & irrevocabiliter suos sola separatione & perceptione, quemadmodum tradit. Donell. *l. 4. Com. Jur. Civ. c. 26. § in Tr. de fructib. c. 4. l. 48. ff. de A. R. D.* Dicitur namque expresse in *de §. 35. I. de R. D.* naturali jure placere, ut bonæ fidei possessor pro cultura & cura accipiat fructus. Sicut enim naturales fructus perceptos & adhuc extantes, circa quos nulla adhibita diligentia & cultura, tantum restituere tenetur, ita è contrario illos, qui singularem desiderarunt culturam curamque summam restituere haut erit obligatus. Diverfa enim juxta se posita magis elucescunt Coth. *4. Respons. 3.* & cognito uno contrariorum cognoscitur & aliud, *pr. I. d. tutel. §. 3. I. de Soc. l. 8. §. 1. ff. de in jus vocand.* atque propositum quod operatur in proposito, id operatur oppositum in opposito *l. 8. in pr. ibique Paulus de Castr. n. 3. de Legat. 1.* Sed, *annon in tantum, in quantum locupletior bonæ fidei possessor est factus, teneatur, quaritur?* Sive locupletior factus sit, sive non, attamen restituere non tenetur. Frantz. *Tit. de R. V. n. 63.* Dicitur enim bonæ fidei possessor fructus non tantum suos facere, sed etiam *lucrarit. l. 4. §. 2. ff. fin. regund. l. 40. in fin. ff. de A. R. D.* quæ verba sane cum effectu sunt accipienda, juxta *l. 5. §. 2. ff. ne quis eum, qui in jus voc. l. 1. §. 2. ff. quod quisque juris in alterum.* Dn. Eckolt. *ad ff. de A. R. D. n. 29.* & locum habere tam in fructibus naturalibus, *consumtis*, quam industrialibus dicit Hanedæf. *exerc. imper. 8. qu. 23. per l. 48. ff. de acqu. rer. dom. §. 35. J. de R. D.* Cui accedit *inquit* Eckolt. *d. l.* quod fructuum consumptorum nulla habeatur ratio *§. 2. vers. si vero I. de off. jud.* nec de illis ulla competat actio *§. 35. I. de R. D.* & quoniam textus sunt generales, generaliter quoque pronuncient fructus lucrari bonæ fidei possessorem, quos

consumitur d. §. 35. §. 2. l. de off. jud. l. 4. §. 2. fin. regund. adeo-
 que nec distinguendum, an locupletior illis factus nec ne,
 Franzk. tit. de R. V. n. 63. Eckolt. tit. de A. R. D. §. 29. Ne-
 que enim rei vindicatio competit, cum ea verus dominus
 solum id, quod ipsum extat, à b. f. possessore petere possit
 dd. text. l. 1. §. tot. t. ff. de R. V. neque alia actio, qua lucrum
 illud ex fructibus rei singularis perceptum exigatur, ulla
 conceditur lege: ac merito ei, qui iusto acquirendi do-
 minium modo fructus suos facit, permittitur & istos con-
 sumere, & quæstum inde factum retinere Dn. Struv. in S.
 I. C. ex. II. tb. 23. Contraria sententia Dn. Philipp. in Us. Pract.
 lib. 2. Eccl. 25. n. 5 seqq. communior ac multis a quior videtur,
 usuque receptum est, quod b. f. poss. non lucretur fructus
 consumptos, sed teneatur, quantum ex iis superest, seu
 quantum exinde locupletior est factus, restituere, vel cum
 impensis compensare. Vid. Dn. Struv. cit. l. §. 35. Philip.
 eod. cit. l. Carpz. p. 3. C. 32. D. 28. H. Pilt. l. 4. qu. 25. §. 26. n. 1.
 9. Ceterum hæc nostra assertio limitationem admittit in ju-
 dicio universali in hereditatis petitione, in qua bonæ fidei
 possessor in quantum factus est locupletior de consumptis
 tenetur l. 25. §. II. ff. l. 1. §. 1. C. de hered. petit. Eckolt. ad ff. de
 A. R. D. §. 29. hereditas enim nomen juris est l. 50. pr. de her.
 petit. & universitatem denotat l. 3. pr. ff. de bonor. possess. quæ
 incrementum ac decrementum, secus ac res singularis,
 recipit, Handedæl. exerc. imper. 8. qu. 22. & in universalibus
 judiciis pretium succedit in locum rei l. 22. l. 20. §. 6. 17. l. 29.
 ff. de her. petit. l. 18. in f. ff. quod met. caus. sed non contra res
 in locum rei l. 25. ff. de hered. petit. imo venit etiam quic-
 quid occasione rei hereditariæ est nactus l. 25. ff. de hered.
 petit. Vid. Brunnem. ad l. 22. §. 2. l. 23. l. 25. ff. de hered. petit.

Possidens & in hoc beatus esse dicitur, quod gaudeat privilegio immunitatis ab onere satisfaciendi.

L. 15. ff. quis satisd. cog. Gail. 2. obs. 10. n. 6. Treutl. disp. 21. tb. 5. Mindan. de caus. & mat. poss. c. 9. n. 17. Carpz. l. 1. t. 1. Resp. 1. n. 19. & l. 2. t. 7. R. 78. n. 6. De Jure Civili actor duplicem præstare tenetur cautionem; primo, se litem contestaturum intra duos menses, nisi id fecerit, duplum præstiturum, si forsan reus damni quid inde perceperit Nov. 96. c. 1. Secundo, se usque ad finem litis permanurum, suasque producturum intentiones; Ac si forsan convictus fuerit, injuste se litem movisse, expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis, quæ libello continetur, pulsato restitutorum de Nov. 96. c. 1. & Nov. 112. c. 2. Avtb. Libellam C. de litis contestat. Avtb. Generaliter C. de Episc. & Cleric. ibique Joh. Brunnem. Speculat. l. 2. part. 1. tit. de satisdat. §. actor igitur 1. in pr. & num. 1. Joh. Harppr. ad J. de satisd. §. 2. num. 43. Utraque autem ab usu fori recessit, attestante Joh. Zang. de Except. p. 2. c. 21. n. 7. Matth. Coler. part. 1. Dec. 105. n. 2. Speculat. d. l. n. 2. Mynsing. ad §. 3. J. de satisdat. Roland. à Valle Vol. 1. Consil. 71. n. 19. Brunnem. ad d. Avtb. Generaliter. Optima sane ratio: Cum egeni alias nunquam suum possent consequi, cautione destituti, Gothofred. in not. ad d. Avtb. Generaliter. H. Treutler. Vol. 1. disp. 5. tb. 3. lit. G. Successit autem in foro Saxon. in locum ejus alia satisfactio, quæ est pro reconventionem & expensis, qua actor cavet de refundendis expensis ac damnis litis in eventum

succumbentia, & de stando ac respondendo in eodem ju-
 dicio in causa reconventionis. *Landr. lib. 2. art. 9. Constit. Elect. 6. pr. part. 1. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 13. in pr. Zanger. de Except. d. l. n. 13. Chil. König. in process. cap. 46. num. 2. Christoph. Zobel. part. 1. Differ. 10. num. 1. Matth. Coler. de proc. exec. p. 4. c. 5. n. 20. Carpz. Decis. 226. num. 3. lib. 2. Resp. 77. n. 3. & R. 78. n. 3. nec non in Process. tit. 9. art. 5. n. 49. & seqq. Philipp. in Usu Pract. lib. 4. Ecl. 66. & in Nov. Ordin. Proc. jud. Sax. tit. 13.* Nihilominus tamen ab hac satisfatione immunes sunt rerum immobilium possessores *l. 15. pr. ff. qui satisd. cog. Hahn. ad Wesenb. n. 11. vers. nec opus est. qui satisd. cog. Gail. 2. Obs. 10. n. 6. Fürstl. Braunsch. Hofgerichts-Ordnung tit. 35. §. Wenn aber &c. tam in loco judicii, quam ejusdem provinciae, seu territorii sitarum. Wesenb. in parat. n. 11. ff. d. l. Brunnem. ad d. l. 15. ff. qui satisd. cog. n. 1. item ad l. 7. §. 1. eod. Nec aliud vult Elect. Saxon. in Constit. V. hisce verbis expressis: Der / so unter uns Güter hat / und gnugsam in unsern Landen besessen / soll den Vorstand vor die Expensen und Wiederklage zu bestellen nicht schuldig seyn / ob er gleich unter dem Gerichte, dafür er beklaget / nicht besesshaftig. Vid. Ordin. Process. tit. 13. Coler. 1. Dec. 105. n. 6. id quod nec alienum à jure Civili, si perpendamus *l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. Vid. Brunnem. ad d. l. 7.* Pingvius quoque Sanctio Electoralis Saxon. actori in eo favet, quod sola bonorum immobilium possessio absque eorundem oppignoratione operetur liberationem à gravamine cautionis, *dict. Const. Elect. V. Dn. Struv. S. 7. C. Ex. 5. tb. 25. Wesenb. in supplem. ad Job. Schneidvv. 7. de satisd. n. 11. Brunnem. ad l. 15. §. 5. ff. qui satisd. cog. nec consensum judicis, sub quo sita, requirere & insinuare in loco**

loco

loco iudicii, ubi litigatur, tenetur. Hahn. *ad Wesenb. qui satisd. cog.* nec cautionem ulterius præstare Hahn. *d. l. ad verb. juratoriam etiam cautionem.* modo sint ejusmodi possessores, qui rem ex perpetua, non momentanea causa tenent, utpote dominus, sive ex asse sive pro parte possideat rem soli, sive in civitate sive in agro; licet etiam nudam proprietatem habeat *d. l. 15. §. 1.* Hahn. *ad Wesenb. d. l. Emphyteuta d. l. 15. §. 1.* Hahn. *d. l. Carpz. p. 1. Const. 5. Def. 10. it. Process. tit. 9. art. 5. §. 9. n. 4.* Superficiarius. Hahn. *d. l. Vasallus Hahn. d. l. Carpz. d. l. Def. 20. it. Process. d. l. Zang. de Exc. p. 2. c. 21. n. 27. seqq.* qui precario concessit. Hahn. *d. l.* Maritus & uxor ob fundum in dotem datum *d. l. 15. §. 3.* Hahn. *d. l.* marito enim dotis nomine possidente videtur etiam ipsa uxor possidere *l. ult. pr. C. qui pot. in pign. l. 30. C. de jure dot.* Tutores pupillorum ratione, quia minorum vice funguntur *l. 15. §. 5. ff. qui satisdat. cog.* Schnobel. *disp. 15. tb. 14.* Is etiam possessor bonorum, qui super bonis cum alio litigat *d. l. 15. §. 6.* Carpz. *d. l. def. 15. It. Process. d. tit. 9. art. 5. §. 9. not. 3.* etiam si condemnatus sit & à sententia hac appellaverit: non enim interim est privandus possessionis commodo *d. l. 15. §. 6. §. 4. l. de interd.* nisi de ipso fundo sit controversia cum reo & ob fructus etiam conveniatur. Porro ab onere satisfactionis immunis est qui actionem realem habet *arg. l. 15. ff. d. R. J. l. 143. de V. S.* Hahn. *d. l.* Possessor annorum reddituum Carpz. *p. 1. Const. 5. Def. 16. It. Process. tit. 9. art. 5. §. 7.* Gail. *2. Obs. 10. n. 6.* Köppen. *Dec. 24. num. 4.* Myns. *c. 3. Obs. 6. num. 3.* Dn. Struv. *S. J. C. Exerc. 5. tb. 25.* Brunnem. *ad d. l. 15. n. 3.* quia ejusmodi redditus nondum cessi inter immobilia recensentur *l. 14. C. de SS. Eccles. l. 6. §. 1. C. de sec. nupt. Nov. 7. pr. §. vult enim. Nov. 120. c. 1.* Carpz. *d. l.* Gail.

d. l. Mynsing. 1. Obs. 96. Et qui res mobiles, quæ non facile amoveri queunt, possident, ut merces in tabernis, *Hahn. d. l. Gothofred. in not. ad d. l. 15. princ.* modo ea taberna non fit vilior. *Brunnem. ad d. l. 15. num. 4.* Creditor pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum venit, **Der unbetagte Erb-Gelder zu fordern hat.** *Carpz. d. l. Def. 18. Proc. d. tit. 9. art. 5. §. 7. not. 3.* secus si dies cessit. *Carpz. d. l. Proc. §. 7. not. 4.* hereditaria namque pecunia, cujus dies nondum venit, refertur inter immobilia, videtur enim jus in re reservatum fuisse. *Carpz. p. 3. C. 21. D. 1.* Non autem liberat à satisfactione simultanea investitura *Carpz. p. 1. c. 5. D. 12. L. 2. Resp. 78. n. 14.* De eo, qui mobilia pretiosa possidet, quæritur, an is cavere cogatur? Et licet dict. *Const. Elect. 5. part. 1.* loquatur qui bona immobilia possidet, **daß Kläger in der Chur-Fürsten zu Sachsen Landen Güter habe und seßhaft sey;** attamen, cum hæc duo, possidere immobilia & possidere mobilia pretiosa, æqualia judicentur *l. 22. C. de administr. tut.* hæc possessio relevat à satisfacendo. *Hahn. d. l. Carpz. p. 1. C. 5. D. 19. Proc. tit. 9. art. 5. §. 8.* Modo possidens non sit suspectus de dilapidatione & fuga. *Chilian. König in Process. Judic. cap. 46. n. 4.* Sed quid, si possessio immobilium vix sufficere videatur? Juratoriam cautionem esse adjungendam putat *Mev. p. 2 Dec. 257. Brunnem. ad d. l. 15. ff. qui satisd. cog.* An autem rerum immobilium specialis necessaria sit oppignoratio, controvertitur? *Resp. Neg. per §. 2. in f. l. de satisdat l. 15. pr. ff. qui satisd. cog.* Multo minus præstanda erit juratoria cautio. *arg. d. l. 15. l. 1. §. 5. de pret. stip. Bach. D. 5. tb. 2. lit. C. inf. Dn. Struv. S. J. C. ex. V. tb. 25. Eckolt. ad ff. tit. qui satisd. cog. §. 14. in not.* Possunt namque res immobiles post cautionem alienari *l. 15. §. f. d. l. & mari-*

& maritus intuitu fundi dotalis, quem tamen obligare nequit, *pr. l. quib. alien. lic. à satisfactione liber est l. 15. §. 3. ff. qui satisd. cog.* Franzk. *Com. ad ff. d. t. n. 41.*

§. IV.

Adversus possidentem ex lege diffamari ad turbandam ejus possessionem nemo experiri potest.

Nimirum *l. 5. Cod. de ingenuis manumiss.* remedio hujus *L. experiri volens adversus possessorem non auditur, ne scilicet beneficium possessionis, quod possidentem ab onere agendi & probandi eximit, per indirectum ipsi auferatur; Natura quippe legis hujus diffamari est, ut diffamantem agere compellat.* Angel. *in rubr. l. de exc. Hartm. Pistor. Obs. 94. n. 11.* Imo quoniam per ejusmodi provocationem magna ex parte turbatur possessio, experit potius agentem ex *L. diffamari interdicto uti possidetis repellere l. 1. ff. uti possid.* Nec minima exinde deprehenderetur absurditas, si ex *L. diffamari petitorium s. rei vindicatio* obtruderetur ei, qui possidet, quippe quæ non competit habenti possessionem, sed contra possidentem datur, ut habetur in *l. un. C. de alien. jud. mut. caus. fact. §. omnium l. de act. l. 17. ff. de pignor. l. 24. §. 1. ff. de judiciis.* Ast contra possessor, qui alias remedio interdicti uti possidetis experitur, agere potest ex *L. diffamari adversus diffamatorem; Imo nec interdictum possessorium ipsi subvenit in casu diffamationis verbalis, quia hoc interdictum violentiam turbativam requirit l. 1. pr. in verb. vim fieri veto. ff. uti possid.* Vergin. de Boccat. à Cingulo *de interd. uti possid. c. 11. n. 2. p. m. 69.* ideoque Plo-

tus

tus in l. 9. C. unde vi n. 102. ponit praxin removendi has molestias verbales vid. Menoch. de retin. rem. 3. n. 293. & seq. Nisi forte diffamatio liberae possessioni obicem ponat, hoc casu, quoniam turbata videtur possessio, adversus diffamantem interdictam quoque uti possidetis possidentem adjuvat, de quo vid. Schneidvv. ad §. retinenda Inst. de Interd. n. 21. Carpz. p. 2. const. 8. d. 13.

§. V.

Possidens cum duobus super eadem re controversiam moventibus litem suscipere non tenetur.

Certissimi alias est juris, quod si duo eandem rem ab eodem petant possessore, ambo audiantur, ita, ut si adhibito processu ordinario aliquis eorum victoriam deportet, victori res petita restituenda, ea tamen addita conditione, ut hic victum indemnem servet; si forte à secundo quoque ob eandem rem conveniatur, l. 57. ff. de hered. petit. Unius enim petitio non impedit alterius executionem; ast possessori ut de indemnitate caveatur necesse est. Bus. ad d. l. 57. Donell. lib. 20. c. 7. lit. L. & lib. 29. c. 14. lit. A. Brunnem. ad eand. l. 57. Verum enim vero aliud de Jure Saxonico observari tradit Carpzov. part. 2. const. 8. def. 1. ibi namque duobus super eadem re controversiam alicui moventibus possidens cum altero eorum litem suscipere haut obligatur, sed aut rem petitam apud se retinet, aut in iudicio exhibet, donec alter litigantium triumphum agat, & tunc huic res attribuenda. Vid. Eckolt. ad ff. de acqu. vel amitt. poss. Et hanc ipsam thesin
con-

confirmat Land. R. l. 3. art. 15. in princ. ibique hæc habentur verba: Ob zwene Manne ein Guth ansprechen/ jener der es unter Ihnen hat / der soll es ihr keinen geben / sie vereinigen sich denn vor durch Freundschaft mit einander / oder Ihr einer weise den andern ab für Gerichte mit Recht. Et paulo post: Ist ein Guth angesprochen von zweyen Mannen / und heischet es der Richter zu sich uf Recht / man soll es Ihm ausantworten / und der Richter soll es unter Ihnen behalten / biß sich diese darum entscheiden mit Recht / und einer soll davon ledig seyn / der es dem Richter ausantwortet. Vid. quoque art. 41. l. 3. Land. R. Matth. Coler. part. 1. decis. 112. n. 2. & 3. Carpz. p. 2. const. 8. def. 1. Liqueet hinc quid statuendum in casu sequenti: *Mevius* possidet *Sempronii* gallinam mala fide, quæ ovum parit in horreo *Titii* vicini. Hic existimans à quadam suarum gallinarum genitum esse, istud *Cajo* vendit, qui pariter *Quinti* gallinam ex causa furti possidet, cui istud ovum cum aliis ex propria gallina genitis supponit. Ast hæc cum forte per 15. dies incubuisset, moritur, ideoque ne ova jamjam pullescentia damnum sentiant aut prorsus pereant, alii gallinæ, quæ *Sexti* est, ab illo tamen bona fide possidetur, & nunc aliis etiam ovis incubat, ea supponit. Hæc *Sexti* gallina fidelissime incubat, donec pullescunt ova simulque id ipsum, quod *Sempronii* gallina prius genuit. Pullus hic perfecta impetrata ætate etiam incubare appetens in *Lucii* vicini stabulum casu pervenit, & ovis, quæ *Cræsi* & *Seji* vicinorum gallinæ in ipsius *Lucii* stabulo genuere, & forte fortuna ille pullus olim vidit, incubat, *Lucio*, *Cræsio* & *Sejo* neque de ovis neque de incubatione quicquam scientibus. Expullescunt ova, pullosque gallina mater in ædes

H

Cajo

Cajus reversa secum ducit. *Cajus* ignorans unde hæc regressa, ei pullisque suis indies alimoniam porrigit: Post hisce omnibus hæc de re certioribus factis quaritur *quid juris sit?* durante altercatione, *beati possidentes.* Vid. Magn. Dn. Krause *in disp. sua inaug. jurid. §. 1.*

§. VI.

Possessori pignoris etiam extraneo *competit jus offerendi creditori hypothecaria agenti.*

JUS offerendi non modo creditoribus hypothecariis tam posterioribus, quam prioribus competit, sed & iis, qui hypothecarii non sunt, rem tamen alteri hypothecatam possident. Enimvero cuilibet possessori, si urgeat eum creditor, advocaturus rem hypothecatam, jus offerendi competit, prout constat ex famosa lege 12. §. 1. ff. *quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 19. ff. qui potior. in pign.* Salycet. *ad d. l. 19. Trentacinqu. l. 3. variar. resol. 30. n. 9.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. O. concl. 77. n. 17. 18. & seqq.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr. II. t. 28. n. 32.* Schneidw. *ad §. 7. l. n. 8. de action.* Crusius *de jur. offer. c. 9.* Brunner. *ad l. 12. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Negusant. *de pign. p. m. 500. n. 26. sq.* tam justo quam injusto possessori *d. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 19. ff. qui potior. in pign.* Merlin. *de pignor. l. 4. t. 2. qu. 65.* Matth. *de Afflict. dec. 259.* Crusius *cit. loc.* Nam, satisfacto creditori, uti vulgo antiquiores loquuntur, omnia acta & actitata resolvuntur, & causa reducitur ad non causam, & creditor non agit ad rem precise obtinendam, sed quousque solvitur debitum; quando igitur possessor, etiam injustus, debitum creditori offert,

fert,

fert, id ex voluntate creditoris fecisse dicitur. Crusius *d. l. n. 6.* Et competit hoc jus etiam in executione judicati, ita ut tertius possessor hypothecariam exercenti creditori post sententiam & in executione judicati possit offerre, Brunnem. *c. l. n. 15.* ac licet condemnatus sit, nihilominus tamen offerre posse & moram purgare dicit Crus. *d. l. n. 3.* dummodo victori ab eo satisfactum refusus litis sumtibus, & si quid præterea ejus interfit: hoc enim casu nihil creditoris interesse debitum suum recipientis videtur *l. 21. §. 1. ff. de pignor.* Crus. *c. l.* Hoc autem vel maxime procedit in illo possessore, qui semel rem possessam hypothecatam habet, hac enim ratione duplici ex causa jus offerendi ipsi competit, & licet una ex causa sit condemnatus, ex altera tamen offerre non prohibetur, quia cum duplex jus in eandem personam concurrat, omisso uno, aliud adhuc superest *l. 91. ff. de R. J. l. 11. §. 4. l. 22. ff. de except. rei judic.* Crus. *c. l. n. 4.* An autem creditor, cui offertur à tertio possessore tam justo quam injusto, possessori actiones suas cedere teneatur, vid. Crus. *de jur. offer. c. 9. n. 8. seqq. p. m. 65.* Mev. *p. 1. dec. III.* Brunnem. *ad l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel bypotb. solv. & l. 19. ff. qui potior. in pign.* Negusant. *de pign. p. m. 505. num. 29.*

§. VII.

Denique possidens gaudet beneficio impensas deducendi.

Impensæ, quæ ab antiquo adpendendi ritu originem trahunt, alio nomine meliorationes, melioramenta, item, impendia vocari solent, de quo Besold. *in Tbes. pract.*

voce Besserung; Describuntur in genere quod sint sum-
 tus in rem alienam facti. Ut autem thesis hæc nostra re-
 cte intelligatur, & in quo limitationes suas patiat, pa-
 teat, sciendum, quod Dd. *distinguere soleant inter impensas,*
quæ sunt fructuum percipiendorum gratia, & illas, quæ in uti-
litate rei perpetuam sunt l. 3. §. 1. ff. de impens. in rem dot.
fact. Illæ dicuntur, quæ attenta principali intentione fa-
cientis, ad illum finem fiunt, ut fructus colligantur, per-
cipiantur & conserventur; & has impensas deducere
haut potest arg. l. 7. §. f. l. 3. §. 1. l. 13. ff. de impens. in rem dot.
fact. Iterum tamen hic interesse dicunt, utrum impensæ
fructuum gratia factæ durent etiam ultra tempus, quo jus
facientis extinctum est, an vero tantum pro eo tempore, quo
jus habet faciens. Et hoc casu posteriori eas deducere
non potest. Vid. Barbof. ad l. 7. §. f. ff. solut. matrim. num.
14. 15. & 21. Impensæ, quæ in perpetuam rei utilitatem sunt,
triplicis sunt juris, id quod ex l. 79. ff. de V. S. constat. Ni-
mirum aliæ sunt necessariæ, quæ si factæ non fuissent, res aut
peritura aut deterior facta fuisset d. l. 79. ff. de V. S. Aliæ
utiles, quæ rem meliorem reddunt fructumque augent d.
l. 79. §. 1. Aliæ voluptuaria, quæ ad voluptatem tantum &
ornatum rei pertinent. cit. l. 79. §. 2. Impensas necessarias
quod spectat, eas & bonæ & malæ fidei possessor deducit,
dum rem possidet. l. 5. C. de R. V. l. 38. de hered. pet. h. e. op-
posita doli exceptione rem tamdiu retinet, donec de im-
penfis ei satis fiat. d. l. 5. l. 14. d. dol. mal. & met. exc. l. 13. de
cond. indeb. l. 7. §. 12. de A. R. D. l. 45. §. 3. de act. emt. Wis-
semb. disp. 18. 16. 21. Exceptis tamen furibus, raptoribus
& violentis in vaforibus l. 1. C. de infant. exposit. l. 13. de cond.
furt. Gail. 2. Obs. 12. n. 5. Horum enim mala fides singu-
lariter vitiosa est l. 67. §. 2. de furt. l. fin. de cond. furtiv. Pe-
 rez.

rez. in C. de R. V. n. 22. & d. l. 1. C. de infant. exposit. Fachin.
 l. c. 45. Non solum autem deducuntur impensæ necessa-
 riæ, ubi res ipsa extans, sed etiam ubi loco rei æstimatio
 ejus petitur, impensæ deducuntur *arg. dd. text.* vid. Dn.
 Struv. S. J. C. ex. XII. tb. 12. 27. 30. 31. Philip. Us. Pr. lib. 2.
 ecl. 12. Eckolt. ad ff. Tit. de impens. in res dot. fact. §. 1. & 2.
 Utiles impensas bonæ fidei possessor regulariter deducit,
 siue exceptione doli opposita per officium judicis æquita-
 tis ratione servat l. 38. l. 39. §. 1. ff. de hered. pet. l. 48. l. 27. §.
 5. l. 30. ff. de R. V. exceptis quibusdam casibus l. 8. de imp. in
 res dot. fact. l. 38. ff. de R. V. Vid. Garf. de expens. c. 1. n. 28.
 Malæ vero fidei possessor hæc impensas tantum auferre
 potest, modo absque læsione prioris status rei auferre
 possit l. 5. C. de R. V. h. e. malæ fidei possessor utiles impen-
 sas quidem detrahit vel abradit, sed non consequitur ea-
 rum æstimationem. Bronch. cent. 3. ass. 17. Garfias de Ex-
 pens. c. 2. n. 2. & 10. Voluptuarias impensas malæ fidei pos-
 sessor non deducit, sed tantummodo sine rei dispendio
 tollit l. 1. C. de R. V. l. 37. in f. ff. eod. l. 19. de hered. pet. Brun-
 nem. ad d. l. 37. Bonæ fidei possessor vere deducit seu per
 doli exceptionem servat l. 39. §. 1. de hered. pet. Hœn. disp.
 4. tb. 15. Garf. d. tr. c. 1. n. 32. Sciendum autem hic est, quod
 tum demum b. f. possessor sumtus in rem alienam factos
 dicto modo deducere possit, si fructuum ante contestatam
 litem perceptorum summam excedant. Instituta ete-
 nim inter impensas & fructus perceptos usque ad concur-
 rentem quantitatem compensatione, superfluum sum-
 tum, quo melior res est, restituere petens tenetur l. 48. ff.
 de R. V. l. 16. C. de evict. Vid. Dn. Struv. S. J. C. ex. XI. tb.
 35. Totum hujus assertionis fundamentum consistit in
 æquitate. Brunn. ad l. 48. ff. de R. V. Ceterum hic notan-

dum, quod licet ratione impensarum possessori, secundum prædicta, saltem exceptio doli vel rei retentio concedatur, ei vero qui istis non deductis rem restituit, non competat actio *l. 33. de cond. indeb. l. 14. de dol. mal. except. junct. l. 48. ff. de R. V. Brunnem. ad d. l. 33. de cond. indeb. & d. l. 48. de R. V. Dn. Struv. d. ex. ii. tb. 36.* Hodier-
 nis tamen moribus omnes necessariae atque utiles impen-
 sae non modo per exceptionem retineri, verum etiam per
 actionem peti possunt. Grænev. *ad §. 31. l. de R. D. ex æqui-
 tate scil. naturali (1) ne alter cum aliena jactura fiat locu-
 pletior l. 206. ff. de R. J. (2) quia Jus non patitur ulli bo-
 nam fidem & officium suum esse damnosum, (3) quia
 & bonæ fidei possessor, quod & in malæ fidei possessore
 observatur, eas utili negotiorum gestorum actione con-
 sequitur. l. 6. §. 3. l. 36. §. fin. ff. de petit. hered. l. 5. C. de rei
 vind. (4) quia eas non donare, sed credere censetur.
 Hanedœf. *Exercit. Imper. 8. qu. 19. Cujac. 10. Obs. 4. Hot-
 tom. ad d. l. §. 31. l. de R. D. & in l. 1. C. de cond. indeb.* Sed
 quid, si res non amplius extet? tamen b. f. possessor eas
 petere potest, si rem tradiderit, vel actoris esse testatus sit,
 res enim suo perit domino; At si inficiatus sit, rem ad
 actorem pertinere tunc actio ipsi nulla est, sed res posses-
 soris tanquam domini esse desit. Atque huic assertioni
 tam in singulari quam in universalis judicio locus datur *l.
 22. ff. de neg. gest. l. 28. in f. ff. de hered. pet.* Hanedœf. *cit. l.
 qu. 20.* ut plurimum tamen ne nimium quis lædatur, judicis
 prudentiæ secundum *l. 38. ff. de hered. pet.* id moderandum
 relinquatur. Verum enim vero quicquid tandem obser-
 vetur, certum, imo certissimum est facilius dari retenti-
 onem, quam novam actionem. *l. 1. ff. de pignor.* Cravetta
Conf. 6. n. 96. Brun. ad cit. l. 33. ff. de cond. indeb. Carpzov.
 p. 3.*

p. 3. dec. 269. n. 27. & p. 2. c. 25. d. 9. n. 5. Qv. An semper
detur rei detentio, donec impensæ refundantur? Distin-
guend. velid, quod petitur liquidum est, vel illiquidum.
Priori casu affirmatur; posteriori casu sufficit idonea
cautio *l. 5. ff. de statu lib.* Hanedœf. *exerc. imper.* 8. qu. 21.
Fachin. *l. 7. controu. 91.*

§. IIX. & Ult.

Pro possidentis beatitudine hæc allegasse suffici-
at, majorem enim commodorum numerum
si adducerem, materiam hanc non tam diluci-
dus explicare, quam actum agere viderer.

INter illos major quibus arridet commodorum posses-
sionis numerus supremum sibi vendicat locum Caro-
lus Tapia, quippe qui *in autb. ingressu C. de SS. eccles. verb.*
ipso ingressu n. 13. & seqq. eorum LXXII. refert. Menoch.
l. 6. pras. 69. XXIV. recenset. Verum hæc singula accura-
tiori veritatis judicii que trutina, si examinentur atque cum
exiguo hoc nostro labore conferantur, nullus dubito, quin
quilibet de illis per compendium quasi me egisse vel bre-
vitatæ saltem studio leviter attigisse percipiat. Illi enim
possessionis effectus ab Autoribus jam citatis allegati, spe-
cialiores sunt, imo specialissimi, & ab effectibus in ipsa
hac dissertatiuncula positæ pronò profluunt alveo, id
quod quilibet, fugitivis saltem oculis illos qui inspicit,
animadvertet. Nec aliud Dn. Eckolt. *ad ff. de acqu. vel*
amitt. poss. placuit, quam ea possidentis afferre privile-
gia, quæ & alia, ab ipsis dependentia, tanquam specialio-
ra & specialissima, continent, cum eorum tantum unde-
cim facit mentionem. Calamum igitur & ego nunc tol-
lam,

lam,

iam, ne jam tum adducta & exposita iterum atque iterum adducendo exponam, nauseæque molestiam ex grambebis cocta apposita quis suscipiat. Ea itaque in præcedentibus thesibus prolata proque virili exposita sat prægnantia confido ad verificandum id, vulgo quod dici solet:

Beati possidentes!

FELICI tradis successu ciuica iura :
Felix ut referas præmia digna,
precor.

I. PHILIPPVS SLEVOGTIVS, D.
h. t. Academiae Rector.

